

solutores ab hostibus, non ab se, sin essent victi, non fore nec a quibus exigere, nec qui exigere. Ea pugna fudit, fugavitque hostes: reliqua quoque magnificum successum habuerunt. *Plut. in Catone 1. & Front. 1.4. c. 7.*

Honora

BORELLUS, Barcinonæ magno Comes, à Mauris prælio victus, & equitibus quingentis amissis, fugiens Barcinonem reversus est. Mauri subsecuti, equitum capita ballistis imposita projecere in urbem. Cum se diutius defendere non posset, civitate relicta, cum paucis equitibus in montes apud Minorissam civitatem se recepit. Huc Comes, Vicecomes, nobiles, & equites omnes accitos, Quid agendum foret, amissa civitate, consulti. Hi primum legatos ad regem Gallorum, & ad summum Pontificem statim mittendos esse dixerunt, imploratos auxilium: deinde legatis jam Romam, & in Galliam missis, ut Botellus Comes publicis præconiis denunciaret, ac polliceretur militarem dignitatem, & ordinis equestris titulos & honores omnibus, qui cum armis, & equis ad se venirent, adversus Mauros Christiani nominis hostes, Barcinonæ principatum defenderunt. Hoc divulgato, per paucos dies, præter nobiles, & equites, qui jam militaribus privilegiis, & honoribus gaudebant, alii quoque numero circiter mille convenerunt, & armis præferoces. Quos Borellus, promissis honoribus insignitos, Paratos cognominavit. Quorum genus adhuc, & domus de Parata, quæ nunc Peralta dicitur, nomen habet. Cum his Mauros omnes à Barcinona totaque provincia Tarraconensi, brevi tempore exegit, & reliquum vitæ suæ tempus tranquillissimè vixit, & finem Maurorum bellis imposuit. *Martini. 1.9. r. 1. & Front. 1.4. c. 7.*

Licentia

Captus erat à MARGARITA Daniæ, & Norvegiæ regina, Albertus Megalopolitanus dux, Rex Sveciæ: neque ulla liberatis spes erat. Rostochiensis, atque Vismariensis, publicis editis evocarunt omnes ad prædam, suapte fortuna, suo lucro, aut damno in tria regna militares: portus, & urbes suas illis patere, ut prædam inde abstractam sibi parcerent, distraherentque pro arbitrio. Confluxit tanta hominum colluvies, ut mare impleverit orientale, & passim sine discrimine prædarentur. Vitalianos sese appellaverunt. Qui ut nullæ auctoritate cohiberi potuere, sic & Rostochiensibus graves incubere, & eisdem vicinis omnibus exolos fecere. *Crantz. 1.5. Sveciæ. c. 33.*

Alea

BARCINONÆ, Tarraconensis Hispaniæ metropoli, cum aliquando in magna remigum inopia oborta necessitate tritremes parari esset necesse: subiecta ex publico mediocri pecunia, ea lege, ut ex duobus, qui illam alea lucraretur, liber deportaret: qui verò amitteret, remex maneret: magnus remigum delectus brevi tempore factus est. *Paschalius Justus. 1.3. de Alea.*

MILITUM PRUDENS RECENSIO.

SCYTHARUM Rex quidam, ut Scytharum multitudinem ostenderet, recensitos singulos certum in locum Sagittam unum emittere iussit. E sagittis lebentem ferreum consilari fecit stupenda magnitudinis. *Herodotus.*

CECROPS Atheniensium Rex, populorum recensione instituta, singulos in unum æcrum lapidem conicere iussit. Mansit ex hoc more nomen ipsum, ut postmodum *ακροβόλος* & lapidibus, populi dicti sint *ακροβόλοι*. Huc alludere poetæ, quando Deucalione iactos post terga lapides, in homines transmurtos, fabulantur.

PERSÆ in bellum ituranti Regem in throno sedentem cum ducibus coeunt, ac singuli in cophinos ad id paratos sagittam coniciunt, qui mox sigillo obignatur regio. Demum peracto bello singulis sagittam suam referentibus, desideratorum inituratio. *Cælius. 1.18. c. 18. & Front. 1.4. c. 20.*

XXXES Perarum exercitum numerosissimum apud Doriscum Thraciæ hoc compendio recensuit. Duces contraxerunt unum in locum myriadem, hoc est, decem millia hominum: qua coarctata quæ maxime poterat, circulum extrinsecus descripsit loco circumscripto: emissaque illic myriade, septem circumdederunt, umbilico tenus, & aliam subinde, atque aliam myriadem introduxerunt: donec omnes connumerarentur: connumeratos autem rationatim digesserunt. Et sic recensuerunt 170. myriades, hoc est, decies septies centena millia. *Herod. 1.7.*

LACEDÆMONI contra Messenios oblinato animo bellum gesturi, Tyræo inflammante, nomina singuli phyluris inscripta brachiis alligaverunt, ut si in prælio cecidissent, sua

quique nota internosci, & à familiaribus sepeliri possent. ROMANI in bellum profecturi, singuli in tabulis describebantur, ut illorum, qui in prælio cecidissent, nomina innoscerent. Primum semper miles fausti omnis ergo, felici nomine legebatur. *Alex. 1.1. c. 20.*

MOSCHOVITARUM magnus Dux hoc modo suos recensere solet. In militia describitur coram magno Duce singuli comparent, & nummum unum, quem patrio nomine Denga vocant, æstimationem unius groni Polonici, Principi dant, reversique ex bello eundem nummum repetunt: occisorum vero nummata Princeps retinere solet, atque ita occisorum numerum cognoscit. *Guagnini, in descript. Moschoviciæ. c. 2.*

MILITUM PRUDENS DIMISSIO.

Differt hæc Dimissio ab ea, qua post bellum confectum ad purgandam à colluvie militari regione utimur. De qua in sequentibus.

MISTO quadruplex erat apud Rom. Honesta, Causaria, Gratiola, Ignominiosa, post confecta autem stipendia, mittebatur miles liber, & immunis. Legitimum autem stipendiorum tempus erat xx. annorum in pedite: in equite. Nauticus tamen militibus xxv. anni præscripti: inter hos, qui se fuducebant, morte aut feritate luebant poenam. Priores due missioes ordinariæ erant, & iuste: alia iniquæ. Nam Gratiola quæ ex favore fiebat Imper. sepe rescindebatur tanquam invalida: ignominiosa vero delictum, aut crimen militia solvebat, nominisque infamiam adferebat. Formulam, & exemplum habes in *Hirtio apud Cæsarum de bello Africano.*

EUMENES victus ab Antigono, postquam fugiens in Nota arcem, ad Lyconia, & Cappadocia positam confinium cum quingentis equitibus, & ducentis pedibus refugit: quoque amissi ejus missionem postulare verunt, quod non ferrent asperitatem loci, vel vitius angustias: omnes complexus, atque omni comitate eos profectus, missos fecit. *Plut. in Eumene.*

LEGITIMA Rom. militia decennium habuit, si non prius debellari cum hoste contigisset, ut missio aliqua interdidisset, quæ nomine, & re non a fuit. Præter legitimam illam fuit & Causaria. Hæc ut priore illa minus pulchra, ita reliqua honestior, quæ à re ignominiosa dicta est. *Sabell. 1.1. Enn. 7.*

AUGUSTUS his, qui majores quinque, & quadraginta annis equum retinere nollent, reddendi equi gratiam fecit, illosque velut emerita militia dimisit. *Alex. 1.2. c. 13.*

\* STIPENDIA.

STIPENDIA militum à *Lævia* vocat Polybius, quod prius pecunia militi consignata in obsequium primum data esset. Latini Grannonas dixerunt, ne ipsam quod æquum modo, fed mercedem militarem, & pecuniam intellexerunt. Græci etiam *πίστας*, fortassis ab erogando dixerunt.

\* QUANDO DARI COEPTA.

Olim ROMANI nullo publico ere militabant, idque annis plusquam trecentis, privato sumptu se alebant, ait Festus, pene ad id tempus, quo Roma capta est à Gallis. Constat semè stipendium institutum septemdecim pene annis ante captam urbem. Sed primum è publico ea accepta. Verum etiam tum cum privato ere militarent, collationes quorundam rerum, annonæ, armorum &c. è publico factæ: idque in dies, vel menses.

\* QUANTITAS.

PRIMA STIPENDIA apud Rom. exigua erant, duo oboli Polybiano ævo diurnum pediti stipendium censebatur, adeoque in mensem denarii decem, moneta nostratis unus Philippicus. Cæsar, jesse Livio, legionibus stipendium publicæ vitæ. Auxit deinde Augustus, ut in vita ejus tradit Tranquillus, ut decem asses in diem assignaret. Tempore Domitiani stipendium mensuratum exerceverat ad auros ternos, quibus quantum Domitianus adjunxit, ut restis est Zonaras.

Nonnullis tamè ob præclara gesta duplex dabatur merces, qui ob id dupliciter nominantur apud *Livium* 1. 11. quales etiam erant Centuriones, à iustis ordinum duces.

EQUITUM triplex erat stipendium, tum quod genere forent digniores, tum quod super Centuriones conferrentur, ac plus onerum ferrent. Verum imminutum statim fuit, & dignitas etiam imminuta, postquam Socii civitate fuerant donati: per Socios autem confederatos accipimus & armorum confortes, et quæ omnes Italici, cum Auxiliares externi essent, quæ delecti leguntur, cum Romani tota Italia pacifice potuerunt. Tribunos, & Præfectus alæ quadruplum vulgaris salarii accipiebant, aliaque uberiora in veltibus, frumento, speciebus. Ita ex *Appiano Lipsus de militia Rom. 1.5. c. 16.*

Neque

Neque multum ab his disparia exiit Græcorum stipendia, ut videre est apud Xenophontem VII. Anabaf. ubi nec Lacedæmoniorum illo ipso auctore. Plura in particulari reperiet Lector apud Lipsum loco citato, sufficit nobis in genere ea attingere. De *Præmit, Donativis, &c. & Vide sub finem hujus Loc.*

MILITUM CORPORA FIRMARE, EXERCERE, ROBUR ILLORUM AUGERE, tum adivum, tum passivum.

VULNERA, PLAGAS.

GOTHORUM pueri olim in balneis calidissimis ad sanguinis usque effusionem virgis cadebantur: mox in aquam gelidam mergebantur, ut instar ferri solidiora acquirerent corpora, æstus pariter, & frigoris patientissima. *Olaus lib. 8. cap. 7.*

HUNNI, ut Jordanes Gothus historico tradit, infantibus viæ dum natis novacula genas fecant: ut prius vulnera patiam, quàm lactis dulcedine latari possidant. Quare obductis cicatricibus imberbes confensent. *Bonfinius lib. 2. Dec. 1. ex Luitprandi lib. 2. cap. 1.*

VILMERUS Gothus Russis bello premebat. Russi tribulos passim spargebant, Gothi vero lignis foelis usi, irritos hostium fecere conatus: eodè dii genus tegminis à Starchatero heroe fortissimo. *Jo. Magnus lib. 5. cap. 13.*

LABORES QUOSUNCUNQUE.

GERMANORUM olim pueri, ut militie per ætatem patientes forent, non in munditiis, ne langueret animus, sed in laboriosis exercitationibus, curando æ algendo, æstuando, famem, sitimque tolerando, arduisque, & perdifficilibus viis peragendo, exercebantur: ac pugna simulachris, in quibus verbera, & plagas dare, & accipere cogebant. *Alexand. lib. 2. cap. 25.*

CRETENSIS pueri, ut armis ac laboribus ab ineunte pueritia affueverent, calorem, & frigus, viam asperam, acclivemque, & arduam contemnerent, inque gymnasiis, in stridique pugnis plagas parvi facerent arcibus, & inter arma salubres exercebantur, quos à principio Curetem illis ostendisse ferunt, deinde infirmitate ut saltationem, quam Pythieham appellavit, saltarent, adeo ut ne ludus quidem bellicæ fuerit utilitatis expertis. Similiter & rhythmis Cretensibus modulationibus, atque contentibus uterentur, ad cantilenas à Thalete inventas apissimis. *Strabo lib. 10.*

CALASIRIES, præcipui Ægyptiorum milites, suos pueros his disciplinis exerceant, ut nisi centum octoginta stadia prius confecerint cursu, vesici cibo nullo modo fiverint: quos à pueritia, & primis annis, nudis pedibus ingredi jubebant, ne delicatior cultus corpora emolliret, enervaretque. *Alexand. lib. 2. cap. 14.*

PERSARUM Reges, ne exercitio otio torpesceret, cum omnis res in tuto erat, nec hostes adeo timendi, interim cursus, & pugne præmia militibus proponebant. Cyri profectio disciplina fuit, ut milites semper opus facerent, & nunquam exercitia juvenes, nisi sudore prævio, cibum sumerent. Ipse etiam neque prædebat, neque cœnabat unquam, nisi fudasset prius, & militaria obivisset munera. Idem sæpissimè castra sua mutavit, ne loci assuetudine freti milites, segnis bellica negotia expedirent. Quamvis nonnulli castrorum crebram mutationem præ se ferre turpem fugam, & exercituum acclimationem putarint. *Ex Xenophonis Pædia, Alex. lib. 1. cap. 20.*

AGESTILAS in gymnasio, ne otio senescerent milites, exercitationibus, & virtutis cuiusque præmia proposuit, levibusque præliis experiendo affuecit. *Alex. ab Alex. lib. 1. cap. 20.*

PHILIPPUS exercebat Macedones, perinde ac si periculum immineret, ita ut assumpti armis trecenta sæpe stadia conficerent, ferentes uti galeas, scuta, tibialia, sarissas, & cum his armum victum requirerentur, atque omnia vala, quæ ad quotidianum exercitum constituerent. *Polyen. lib. 4. Idem, cum primum exercitum constituerent, vehiculum usum omnibus interdixit: equitibus non amplius quàm singulos calones habere permittebat: pedibus autem denis singulis, qui molas, & fustes ferrent. In æstiva exunitibus, triginta dieturum farinam collo portare imperavit. Frontinus lib. 4. cap. 1.*

ALEXANDER MAGNUS laboris assuetudinem in re bellica perficiendos, ad militaria exercitia suos, Chiliarchiis præmii loco proposuit, accendit. *Alex. lib. 1. cap. 20.*

L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.

In expeditionem ituri milites Rom. arma, & vallum, nec non utrem, follem, securum, gladium, tum si quid ad eum usum velint, interdum plus dimidiati mensis cibaria, absque fervorum, aut jumentorum ministerio humeris ferebant. In ipsi castris actu disci, cursu, saltu, jaculatione, & lucta invicem contendere mos erat. Nandi quoque post solitas exercitationes juvenutis Romana summum studium in militari rudimento fuit, aliaque opera iusta militaria, quibus quasi simulachris pugna animos corporaque, tanquam ad verum bellum acuebant. Ad palum quoque exerceri, aut jaculis, & sagittis ferire, nonnunquam fundis, & lapidibus, disciplina militaris. Fuit enim palus cubitorum trium, quem tyrones scuto, & clavo velut hostem petere, in eumque ictus, & plagas inferre solebant. In quo id cavebatur imprimis, ne dum ad palum ictus intendunt, ipsi hostium telis pateant: proinde oportebat animo eos, & corpore intentos esse, non magis ad auferendos, quàm ad cavendos, declinandosque ictus: cui ludo Palatia nomen. *Alexand. lib. 1. cap. 20.*

FAB. MAXIMUS, & plerique Romanorum Imperatores, & duces, exercitum itineribus, & locorum mutatione crebro fatigari potius, quàm uno in loco in castris federe, existimabant esse cum tutius, tum ad disciplinam militarem nobilissimam. *Alex. ab Alex. lib. 2. cap. 12.*

SCIPIO NASICA, quamvis in hybernis classis usus non esset necessarius, ne tamen desidia miles corrumpere, aut per otii licentiam focis injuriam inferret, naves adificare instituit. *Frontinus lib. 4. cap. 1. Idem ad Numantiam, corruptum superiorum ducum locordia exercitum correxit, dimisso ingenti litarum numero, redactis ad munus (quotidiana exercitatione) militibus. Quibus cum frequens injungeret iter, portare complurium dierum cibaria imperavit, ita ut frigora, & imbres pati, vada fluminum pedibus transire affueverent, exprobrante subinde Imperatore timiditatem, & ignaviam, frangentes delicatioris usus, ac parum necessaria expeditionis vasa. Quod maxime nobiliter accidit C. Mævio tribuno, cui dixisse traditur Scipio: Mihi paulisper, tibi & Reipub. semper nequam eris. *Ibid.* Crebro militem onere degtavatum incessens: Cum gladio rectè vallare didiceres, vallum ferre definito: Quendam scutum nimis aptè ferentem, aliud amplius, graviusque iusto ferre coegit: reddita etiam causa cur id faceret, quando scuto melius quàm gladio uteretur. *Sabell. lib. 9. Enn. ad 5.**

DOMITIUS Corbulus dolabra, id est, operibus hostem vincendum esse dicebat. *Front. lib. 4. cap. 7.*

METELLUS CONSUL, quamvis nulla lege impeditur, quin filium contubernalem perpetuum haberet, inausit tamen eam ob militarium laborum communionem in ordine merere. *Frontinus lib. 5. cap. 1.*

MARIUS, postquam Romæ de Jugurtha triumphavit, ad militarem disciplinam conversus, cursu, variisque, & implexis itineribus militem exercuit, qui gravi onere pressus, signa sequi cogebatur. Quo factum, ut milites hujusmodi laboribus assueti, Mariani postea sint multi appellati. Alii Marii vocem, cum apud Numantium sub Scipione esset, auditam ajunt, cum optimum militum quæsitum habere, & ad impedimenta convehenda, qui valetudine corporis, & robore cæteros anteiret: jam inde factum, ut qui robustius miles haberetur, hunc Marianum malum vulgo nuncuparent. *Ex Plut. Mario. Sabell. lib. 2. Enn. 6. At Julius Frontinus lib. Stratagematum 4. sic inquit: Marius recidendorum impedimentorum gratia, quibus maxime exercitus agmen oeratur, vasa, & cibaria militum in fasciculos aptata furcis impositi, sub quibus & habile onus, & facilis requies esset: unde & in proverbium traditum est, Multi Mariani, nimirum ob laborum tolerantiam, quod Homerus *ὄβριος ἀνδραγαγός*, identidem appellat.*

MAXIMINUS SENIOR, prius quàm ad imperium conscenderet sub Alexandro Severo militans, quinto quoque die in armis exercitum educabat, currendoque, & luctando exercebat. Ipse quoque, quamquam jam grandis natu, campestrium exercitationum labores cum eis lûbabit. *Fulg. lib. 2. c. 2. & Alex. lib. 1. c. 20.*

AURELIANUS CÆSAR præ cæteris nullum reliquit vacuum diem, quin se, simul & suos, pilo, sagittis & militaribus armis exercebat. *Ibidem.*

ANTONINUS BASSIANUS CARACALLA, præterquam quod se cum militibus exercebat, semper iter onustus armis pedes fecit. *Alex. lib. 1. cap. 20. ex Spartano.*

ATTILA Aquilejam per aliquot menses, homo ejus artificii rudis,

Gg



rudis, obfidens, ad exercendum in tanto otio militem, non longe ab Aquileja montem Utinum in modum aggeris struxit. Sic enim suo quoque tempore Venetos prædicasse, Otto Frisingensis, scriptor sanè vetustus, retulit. *Sigon. lib. 13. imp. occid.*

MAGNUS SPORIUS omni vite tempore in castris aleam perosus, uti duci pariter, ac militi maxime pessilentem, ita otii tempora transigebat, ut in usum militiae ad palæstram cunctos ordines exerceret. Tum enim mos erat multa arte ludari, teretem palum in terga conversis manibus evibrare, saltuque, & cursu plurimum contendere. Quibus in ludis ipse multum læcetosus, & industrius faciliè validissimum quemque superabat. *Jovius in ejus vita.*

F A M E M, S I T I M.

LUCANI, liberos à prima infantia sine veste, aut ministerio servili, in duritie, & parsimonia educabant in sylvis, quibus præda venatica erat cibus, potus verò fontium liquot. *Alexand. lib. 2. cap. 25.*

ALEXANDER MAGNUS Darium persequens, per aridam viam iter faciens, maxima siti laborabat. Macedones speculatores regionis, cum in cavo faxi pauxillum aque reperisset, eam galea exceptam Alexandro attulerunt. Ille ostendens exercitum, ut apparetur aqua bonum animum gereret nequaquam ipse bibit, sed in omnium oculis, & conspectu aquam effudit. Macedones, clamore sublato, iusserunt, ut ipse viam præcederet, forsiter sibi resistentes, ob regis continentiam, atque tolerantiam. *Polyæn. lib. 4. & Front. lib. 1. c. 7.*

ADDUNT alii, Macedonem potum Alexandro obtulisse: eumque interrogasse, quoniam eam aquam ferret? & respondente eo, Filiis se illam attulisse: cæterum licet illi morerentur, diu superveniente Alexandro, copiam liberorum sibi non defuturam: Alexandrum, cum jam manu teneret galeam, ut biberet, dixisse: Nolle se bibendo aliorum augere sitim, & aquam illi restituisse.

M. CATO Uticensis, cum per Libyæ fervidas arenas iter faceret, & propter Solis ardorem, laboransque totus exercitus siti graviter laboraret, porrecta ei galea aqua plena à milite, ut ad continentiam, & tolerantiam suos invitaret, in exercitum conspectum aquam eam galea effudit, ne solus sitim sedasse diceretur, cum aqua deesset, qua illi sitim extinguerent. *Fulgosus lib. 4. cap. 3.*

M. ANTONIUS ad Mutinam videns, ad Lepidum fugiens, ad legiones Transalpinas, erat notabile militibus exemplum, qui ex tantis deliciis, & luxu facillè aquam putridam porabat, fructibus agrestibus, & radicibus vescabatur. Vocaverunt autem Cæteriam, ut fama est, corticem: nec ab animalibus nunquam antea gustatis in superandis Alpibus abstinere. *Plut. in Ant.*

RUDOLPHUS, Romanorum Imperator, cum Austriam, deficientibus ex genere ducum virilis fæcus hæredibus ad imperium devolutam, assereret, & in bello contra Ortocærum Boemici Regem siti laboraret exercitus: ferunt agrestis, qui melloribus potum ferret, ablatam hydriam sicera plenam, Imperatori oblatam fuisse. Quam cum ille vidisset: Reddite, inquit, nam ego exercitum, non mihi fitebamur. Hac sitis tolerantia sitibundum exercitum rescivit. *Æneas Sylvius lib. 3. Commentariorum de gestis Alpionis.*

ALPHONSUS, Siciliæ Rex, cum contra Antonium Caudolam exercitum parasset: ejus insidiis jejuno, & famelico exercitum occurrere coactus est: In quo periculo cum miles panem cum raphano, & caseo, ingens in tali causa munus, obtulisset, laudato militibus animo, accipere noluit, parum convenire dicens, jejuno exercitum regem ulla re vesci. *Fulgosus lib. 4. cap. 3.*

E S T U M, F R I G U S.

GERMANIUS usurpatum fuit, ut pueri ab ineunte adolescentia calores, & frigora pati assuefcerent, utque vilibus tecti amiculis, hyeme pariter, atque æstu eodem cultu incederent. *Alex. lib. 2. cap. 25.*

SPARTANOS Lycurgi legibus institutos, infantes primum editos, rigidissima aqua fovere, nudosque in patientia laboris enutrire, nihilque somni causa sternerent, prodit. *Plut.*

AGESILAUS, Lacedæmoniorum Rex, jam senex, sæpè per brumam vitus est difcalceatus, & sine tunica: ut juvenibus daret patientiæ exemplum. *Ælianus.*

IPHICRATES, sub hyemem, & congelatam aciem videns oportunitatem tempus hostes aggrediendi, producere milites volens: Quibus ob vestium tenuitatem, & frigidioris sylvitiam difficulter obedientibus, ipse quoque laceram veltem indutus, accedens ad tabernacula, singulos hortabatur, ut hostes invaderent. Conspicui igitur duces abiectissima veste amictum, &

calceis carentem, pro communi salute se voluntario periculo offerre, eum libenter secuti sunt. *Polyænus lib. 3.*

TIBERIUS CÆSAR, in Germania trans Rhenum cum vite ordinem tenuit, ut sedens in cespite nudus cibum caperet, sæpe sine tentorio pernoctaret. *Suetonius.*

SEVERUS Imp. hyeme fæva, aperto capite per nives, & pruinas, per montes, sylvasque cursitabat, ut milites suo exemplo confirmaret. *Spartianus.*

HADRIANUS Imp. tabernacula militum à frondibus facta ad minuendam caloris vim penitus subvertit, quod parum militare esse ducere, solem, & imbres non posse tolerare. *Fulgosus lib. 2. cap. 2.*

EXERCITUM, COPIAS, MILITES, SOCIOS, AUXILIA IN LOCIS TURPES, cum propter hostes periculosos, in proximo, in acie, in fuga tuti, defendere, ducere, educere, intrudere.

Defensionem nostrorum hic spectamus respectu Locis, illis quomodo libet insensit. Exemplum eadem Hostibus quoque accommodari possunt, quatenus conservando nostris, Hostes opprimimus, impedimus, ledimus.

I N L O C O R U M M U N I T O R U M, Urbium, Arcium oppugnatione.

Hic solius Providentiæ in defendenda nostrorum via ratio habetur. Quatenus verò loca ista Hostibus eripiuntur, in seq. exemplo afferentur.

LYCURGUS exquirenti, Cur muros oppugnare vetuisset? Ne à femina, inquit, vel puero, vel simili homine opprimantur præstantiores. *Plut. in Apophtheg.*

M A R E, L A C U S, F L U M I N A

MOYSES Israeliticus dux exercitus, cum Pharaonem cum Læquum millibus, pedum cc. millibus insequenter videret: non per Arabicum dorsum, quæ iter multò brevius Judæis in Canaanem patisset, veritus, ne in deserto ab Ægyptiis jam iam instantibus conficeretur, sed ad mare Rubrum duxit suos. Illic montibus, & mari inclusus, cum unica nox moram intercessionem præberet (præda enim onusti exierant Israelitæ, armis nudi) mari vira percussio, fludibus in diversa abeuntibus, patetecit repente populo iter. Dux omnium primus vada ingressus, & aquis hinc inde in murorum speciem stantibus, omnem secum traxit multitudinem. Ante quartam noctis vigiliam Arabitibus suis, quod contra Æthiopicum respondet, sine aliquo majore tumultu primum agmen occupat. Nec Israelitarum ad mare progressus festellit hostem: cæterum vulgò credidere, Judæos in impetum cepisse sese præcipitandi, ne capti ad impetum, & cruciatus traherentur. Verum ubi adversum litus ab illis teneri est animadvertum, miraculo rei nonnihil stupore defixi steterunt Ægyptii: inde dolore, & ira præcipitante, quaculis proximam suam, cum fremitu, & clamore ad mare decurrunt, ut extremum moratorium opprimerent agmen. Mox verò nudum litus intuitu, sequenti studio temerè & ipsi vada ingrediuntur. Et jam curtus equitibus mixti fugientem extrema cæpere ceperant vestigia: evasissentque hostes non sine Hebræorum perturbatione, & strage ingenti in adversum litus ipsi fluctus, qui plures horas immo steterant, cum omnibus copiis obruto, in se resili coivissent. Josephus, dum miraculo hæc facta probare contendit, inde argumentum sumit, ut diceret magis Alexandri militibus per Pamphylium mare itidem terre tre iter paruisse: Ita, inquit, Deus voluit, evenire, ut Macedones Persarum regnum everterent. Strabo cum miraculi famam accepisset, pelagi naturæ adscribere ausus est, quasi æstuarium ibi maris esset, ubi numerosi exercitus aquis subito coeuntibus periclitari dicerentur. *Sabell. 13. Ennead. 1.*

JOSUE, Israelitarum dux, ex Domini præcepto, Sacerdotibus præcepit, ut fœderis arcam portantes, populo præter, populus sequeretur, ad bis mille cubitos: futurum enim, ut quamprimum Sacerdotes pedum vestigia in Jordanis aqua posuissent, Jordanis divideretur, & aqua supernè defluens in unum cumulum restaret: et inferior ab ea divulsus, in mare mortuum dilaberetur. Id quod & factum est, & sic omnes Israeliticæ pedibus Jordanem petiere, Sacerdotibus cum arca in medio Jordanis fixis stantibus, donec gens tota transiret. *Josue cap. 3.*

CROESUS Halym ponte copias trajecit. Fama est, fuisse in illis castris Thaletem Milicium, qui cum nulquam fluvium foret vadabilis, nec ullus adhuc esset pontis usus, cum finem A strum amnem castra haberent, fossam à fluvio militari opere ad dexteram duxit, castra à tergo amplexus, in eamque fluvio repente immisso, medium alveum inter aditum fossæ, & exitum penitus extraxit. Alii ad exenuatum ferunt, ut facile citò ultraque vel à pedibus vadari poterit. *Sabell. lib. 6. En. 2. & Frontinus lib. 1. cap. 5.*

DATAMES, Euphratem transgressus, Persarum regem cum maximo exercitu adventare audiens, supra fluvium magnam viam contendit, & curribus binis conjunctis, binos alios imposuit, eosque clavibus inter se compegit, & juxta canthos ab inferiori parte tabulas affixit, ut ne rotæ in limum fluminis deprimerentur. Viros autem valentissimos, qui optima jumenta suæne attraherent, tranare iussit. Postea curtus compactos in fluvium immisit. Hoc pacto cum posterioribus impellerent, ii verò, qui trajecerant, ab anteriore parte traherent magnis funibus suspensis, injectis superius fardentes, atque lignis fluvium cum suis copiis transmissit, & decem dierum itinere, prius quam Rex ad flumen perveniret, domum rediit. *Pol. lib. 7.*

IDEM AUTOPHRADATEM persequenter fugiens, cum ad B flumen propè venisset, transitum metuens, castra se positum simulavit. Maximis autem, & altissimis tabernaculis ab anteriore parte adificatis, jumenta posterius solvere non permisit, neque militibus arma deponendi potestatem concessit. Hostes tabernacula conspicati, etiam ipsi castra trajecerunt. Interea Datames cum instructo exercitu fluvium traiecit. *Polyænus lib. 7.*

DEMETRIUS Lycum fluvium rapidissimum transmittēbat, pedibus nequaquam pervium, equitibus autem illis dumtaxat, qui maximos, & robustissimos equos haberent. Ergo equitum triplicem aciem fluctibus opposuit: qua rapiditas fluminis infæcta transitum pedibus faciliorem præbuit. *Idem lib. 4.*

THRACES ames gelatos, lacusque non nisi ad vulpis iterum, reditumque transeunt. Observatum, eam aure ad glaciem apposita conjectare crassitudinem gelu. *Plin. lib. 8. cap. 26.*

ALEXANDER Magnus prohibente Rege Indorum Poro traiecit exercitum per flumen Hydaspem, adversis aquam affluēdo procurrare iussit suos. Eo more exercitacione decepto hoste, quia pro adversa ripa caveretur, per superiorem partem subito transiit exercitum. *Polyæn. lib. 4.*

IDEM INDI fluminis traiecit prohibitus ab hoste, diversis locis in flumine equites instruit immittere, & transitum minari. Cumque expectatione barbaros teneret intentos, insulam paulò remotiorem primum exiguam, deinde majore præsidio occupavit: atque inde in ulteriori ripam transiit. Ad quam manum opprimendam cum universi hæc hostes studuissent, ipse libero vado transgressus, omnes copias conjunxit. *Frontinus lib. 1. cap. 4. & Polyæn. lib. 4.*

IDEM TIGRIS cum exercitu superaturo (qui summum pectus attingens, multos violenter abripiebat) quò fluminis violentia obstitueret, inonuit omnes, ut se mutuo manibus comprehenderent, corporumque veluti molem quandam confertissimam in unum conflingerent. Itaque transierunt, non sine magnis difficultatibus, ut in discrimine summo Macedonum salus fuerit. *Diod. lib. 17.*

ANTIPATER Sperchium transire volebat: equitibus autem Thessalis prohibentibus traicere, copias abduxit in castra, & Macedonibus imperavit, ut in armis permanerent, neque jumenta solverent. Thessali cum Lamia equitantes, prandium fecerunt in singulis adibus. Antipater prævertens eos, per fluvium copias traxit, priusquam excurrerent ad repellendum Thessali, & Lamiam irruptione facta cepit. *Polyæn. lib. 4.*

XENOPHON ulteriores ripas Armeniæ tenentibus, duos iussit quatuor aditus: & cum à citiore repulsus esset, transit ad superiorem. Inde quoque prohibitus hostium occursum, repetit vadum inferius: justitque ibidem militum partem subistere, qua, cum Armeni ad inferiorem vadi tutelam rediissent, per superius transgredere. Armeni credentes decursuros omnes: decepti sunt à remanentibus. Armeni credentes decursuros nullo, vadum superasente, transiuntium suorum fuere propugnatores. *Front. lib. 1. cap. 4. & Polyænus lib. 1.*

CLARCHUS magnum exercitum ducens, pervenit ad fluvium, alibi transitu facilem usque ad tibias, alibi profundum usque ad axillas. Primo conabatur ibi, ubi profundum erat, traducere. At hostibus procul à fluvio fundas jacientibus, & sagittantibus, atque transgressi prohibentibus: Clarchus per eam partem, qua profundior erat, armatos duxit, ut maxima corporis pars sub navio abscorderet, quæ verò emineret, *L. B. Theat. vit. Human. Tom. V.*

scuto protegeretur. Armati sine periculo transgressi, hostes repulerunt. Reliqui deinde exercitus, nemine impediēte, faciliore parte fluvii transiit. *Front. lib. 1. cap. 4.*

PELOPIDAS Thebanus, cum in Thessalia flumen transire non posset, inflantibus hostibus, castris ad fluvium positus, à fronte vallum circumdedit. Multis lignis excelsis, quietem militibus concedens, media nocte vallum combussit. Igni verò undique in altum sublato hostes ab insequendo prohibebantur. Pelopidas cum suis absque periculo trajecit. *Ibid.*

IDEM cum à THESSALIS in fugam versus flumen, in quo tumultuarium fecerat pontem, liberafset: ne sequentibus hostibus idem transitus maneret, novissimo agmini præcepit, incederent pontem. *Front. lib. 4. cap. 7.*

HIERO Syracusanus, cum fluvium transire prohiberetur ab hostibus, armatos in transitu constituit, iussit equites juxta fluvium ascendere, tanquam in transituros, & levis armatura milites. Hostes verò supra equites suas copias educerunt, ut eos, ac levis armaturæ milites transitu accerent. Tum Hiero armatos traduxit, viam adhibens adversariis, qui pauci reliqui erant, & signum repente inermibus militibus, & equitibus suffulit. Qui reversi trajecerunt, armatis, qui antè transgressi fuerant, redeuntibus hostes sustinentibus. *Polyænus lib. 1.*

HANNIBAL Rhodanum transiturus cum exercitu, cum ex adversa ripa Volcorum gens transitum prohiberet: Hannonem nodum cum parte exercitus occultè transiit: Is castra Gallorum nil tale opinantium aggressus, eos in fugam vertit. Hannibal interim cum reliquo exercitu fluvium superavit. *Livius Dec. 3. lib. 1.*

D. JUNIUS BRUTUS cum in Lusitania ad Lethen amnem copias admovisset (id flumen Romani oblivionem dicunt) miles subita religione adductus, cum imperio compelli non posset, ut id flumen vadaret, dux signum in ulteriorem projecit ripam. In quo repetendo fluvius à paucis primò, mox ab universo exercitu superatus est. *Sab. lib. 9. Enn. 5.*

Q. LICCIUS CATULUS, cum à Cimbris pulsus unam spem salutis haberet, si flumen liberafset, cuius ripam hostes tenebant, in proximo monte copias ostendit, tanquam ibi castra posturus: ac præcepit suis, ne facinas solverent, aut onera deponerent, ne quis ab ordinibus, aut signis diiceretur: & quò magis persuasione hostium confirmaret, pauca tabernacula in conspectu erigi iussit, ignisque fieri, & quoddam vallum struere, quoddam ipsi lignationem, ut conspicerentur, exire. Quod Cimbris veterè agi existimantes, & ipsi castris delegerunt locum: dispersique in proximis agros, ad comparanda ea, quæ necessaria sunt mansuris, occasionem dederunt Catulo non solum flumen traicendi, sed etiam castra eorum insectandi. *Front. lib. 1. cap. 5.*

Q. SERTORIUS in Hispania, cum à tergo instante hoste flumen traicere haberet, vallum in ripa ejus in modum cavæ lune duxit, & oneratum materis incendit: atque ita exelusus hostibus fluvium liberè transgressus est. *Front. lib. 1. cap. 5.*

CN. POMPEIUS, cum flumen transire propter oppositum exercitum hostium non posset, assidue producere, & reducere in castra instituit, deinde in eandem persuasione hoste perducto, ne ullam viam ad progressum Romanorum teneret, repente impetu facto transitum rapuit. *Front. lib. 1. cap. 4.*

C. JUL. CÆSAR in Britannia ingentem fluvium traicere conabatur: Rex Britannorum Cassovellanus cum multis Hæquitibus, & effedis cum transitu arebat. Cæsarem maximum elephas sequebatur, animal Britannis invisum: cum ferreis squamis munit, & altissimam in eo turrim extruxit, in qua fagittarios, & funditores constitutos iussit flumen ingredi. Britanni perterrebantur, invisum & grande supra modum animal conspicati. Nam de equis quid atinere reserret, cum etiam apud Græcos equi, viso nudo elephante, fugiant? Itaque Romani sine periculo flumen transierunt. *Polyæn. lib. 8.*

IDEM adversus GERGOBIAM, urbem totius Galliæ maximam, expeditionem suscepit. Ei è regione castra posuit Rex Gallorum Vercingetorix. Magnus eos in medio reparabat fluvius innavigabilis, transituque difficillimus. Cæsar ad ripam multis diebus suos eduxit. Barbari cum contemptui habere ceperunt, quòd transmittere non auderet. Ille noctu duas legiones in profundis sylvis occubuit: qui dum Galli Cæsare observarent, ipsi ad superiorem fluminis partem, ponte nullo interrupto, strata compacta etiamnum habente, supremis dumtaxat trabibus ademptis, ex nemore comparatis lignis celeriter pontem refecerunt, & transierunt. Galli imperato transitu præteriti fugam



fugam capebant: Cæsar cum reliquis per extemporalem pontem transiit. Idem.

Idem ut GERMANIS suorum finium tuendorum curam iniceret, qui tam licentiosè aliena invadere consueverant, Rhenum copias trahere constituit. Decem dierum spacio pontem Rheno imposuit: cujus iungendi mira fuit ratio propter ædificandi solertiam celeberrimam, cujus ipse in Commentariis ad longum meminit.

ROMANI facillimè pontibus flumina sternunt, ut in quo milites non secus, atque alia in re bellica subinde exercentur, cum in Istro & Rheno, tum in Euphrate. Latæ naves sunt, quibus junguntur fluvii. Recedunt autem sursum nonnihil supra eum locum, quem juncturi sunt: datoque signo, unam primam navem dimittunt, quæ secundo flumine juxta suam ripam feratur. Quæ ubi ad locum ponte jungendum pervenerit, storem faxis plenam in flumen coniciunt, funi alligatam instar anchoræ: quod devincta navis in ripa consistit, tabulis, & viginti passuum millibus Arzila (cui Joan. Monefius sub Emanuelle Lusitanie rege præerat) distans. Secundum illius radices amnis fluit, qui hinc tantis aquis augetur, ut vado transiri non possit. Mauriæque freti, securè in pagis, qui sunt in monte admodum frequentes, hyemabant, maximoque armentorum, & pecudum greges alebant. At Meneſius in intimis adibus, ne eas in vulgus emanaret, duas quadratas ædificari jubet. Cuiuslibet autem linteis magnitudo tanta erat, quanta posset unius validi jumenti tergo supportari. His perfectis, se tantisper continuit, dum noctem pluvias, & tempestate turbidam videret. Eam noctem tempestatem, quam optabat, signum excursionis propere faciendæ dari jubet. Ubi ad fluvium pervenerit, qui tunc super ripas effusus, multo majorem telluris partem, quam suspicari fuerant, inundabat: linteis, quas jumenta portabant, in ripa deponi præcipit. Tum uni è suis domesticis, qui Fernandus Freitas appellabatur, imperavit, ut extremitate cuiusdam funis mordicus apprehensa, fluvium nando traiceret, usque eò dum modica terra planiciem, quæ ultra alvei partem, quæ fluvius majore impetu ferebatur, in aquis eminebat, attingeret. Eo fure erat jam una ex linteis alligata. Ergo postquam ipsi fluminis alveum transierat, in locum pervenit, & inde contrariam ripam superavit, linteum ad se facillimè traxit. Similiter cum funis alius, quo altera ex linteis colligata fuerat, ex prima neceretur, minimo cum negotio traducta fuit. Cum igitur utraque fuisset utrinque funibus altera ex parte laxata, ex altera contentis munita, prout transmissionis illius usus flagitabat, ut illa ultro, citroque facile commearent: equites ephippia detraherent, equasque linteis imponunt, ipsique linteis ita fluvium paulatim traiciunt, ut equos habens deductos transire compellerent. Superato flumine in homines inopinatè invadunt, multos capiunt, plures interierunt, magnaque prædam faciunt, exercitumque incolorem reducunt. Ubi ad fluvium ventum est, abjecti greges primum fluvium nando traicere compelluntur, deinde ipsi linteis eadem ratione, qua nocte fuerant transgressi, & multo etiam facilius eundem fluvium transierunt: Arzilaque, cum advesperasset, ingressi sunt, cum magna eorum qui reliqui fuerant, admiratione. Fieri enim non posse crediderant, ut in tam sava tempestate, vel fluvium transire, vel, illo transmissio, hostium multitudine armis exercitum evadere possent, maxime verò, cum regressus esset difficillimus, & postea facillimè recisis linteis transire prohiberi. Oroſius lib. 3. ver. Emman.

TRAJANUS expeditione Parthica, cum ea regio, quæ ad Tigris fluvium spectabat, materiamque ad ædificandas naves non ferret, ea navigia, quæ in sylvis apud Nisibin fecerat, plaustris in flumen convehit jussit (sic enim comparata fuerant, ut dissolvi, & conjungi possent) agræque ad radices Cardini montis pontem fecit in flumine continuatis navibus, quamvis hostes ex adverso collocati prohiberent. Dian. & Xiphilinus.

CONSTANTINUS MAGNUS cum ad Hadrianopolim in ripa Hebrîi confederet contra Licinum tyrannum, pontem se transeundi fluminis causa facere velle simulavit, quæ in parte latissimum amnis erat, dumque ei rei impediendæ hostes intentus videt, quinque millia sagittariorum peditum cum equitibus octoginta in colle quodam sylvis pleno in insidiis collocat. Inde alia in parte, flumine, quæ arctissimum erat, superato, repente in hostes irumpit, ac signo Crucis illato, eorum triginta millia statuit, ac sub noctem castra etiam cepit. Sigonius lib. 3. Imp. occid.

HUNNI Scythico bello desperato, pellibus palea plenis pro ratibus usi, cum uxoriibus, & liberis Istrum transierunt. Gregorius lib. 2.

Cum TARTARI sub rege Hungaræ Bela IV. Strigoniæ obsiderent adventarent: in Danubio glacie constructo pedestre prælium sæpe commissum est. At equitatu fluvio credere non audebant. Ergo multa in ripam armenta ducta, ibi sine custode triduo dimittunt. Strigonienses hostem abiisse rati, trajecto amne pecora cuncta rapiunt, & ceteriorum ripam abigunt. Hoc ubi gens fera novit, rata eodem exemplo, se tuto equitatu anni committere posse, Danubium sicco pede traiecit, & universam ripam numeroſo equitatu occupavit. Boſſius lib. 8. Dec. 2. & Fulg. lib. 7. cap. 4.

SCYTHÆ Græcis bellum facturi Danubium transierunt, corio subere expleto, itaque compacto, ut nec minima guttula penetraret. Scythia enim subere consentio, equinasque cauda prehenſa, & sella, ceterisque bellistrumentis impolitis, equo pro velo, corio pro nave utens, Istri vastum pelagus tranabat. Nicetas lib. 2.

ATAPACUS PERSA, Clyzasthalnis Iconii Sultani adversus Manuclum Comnenum Imp. dux proſtigato suo ad Maandrum fl. exercitu, sua salutis consulens, vadum quaerit. Quia verò flumen nusquam transiri poterat, capto ex tempore consilio, secuto pro linte usus, lava equum juxta natantem trahens, & dextra gladium pro gubernaculo sustinens, transivit. Cum in ulteriorem ripam evaſisset, & tumulo consensio quis esset prædicaret, quo Turcæ cò confluerent, ab Alano quodam ibi occisus est. Nicetas lib. 6.

Anno 1510. MAXIMILIANI Imp. milites Verona egressi, ut in pagos, plerisque, qui exercitum Venetorum receperant, rebuſque omnibus juverant, iracundiam exerceret suam, atque inde pabuli copiam aliquam in oppidum importarent, cum quinque millia passuum processissent, ad aquæ Martinianæ pontem substituerunt, ut ventos excurrerent à fluminis transitu prohiberent. Leon. Appulus cum expeditis militibus, & equitibus à Veneto duce acceptis, equites Epirotas triginta ad superiorem fluminis partem longo circuitu, ne ab hostibus

conspicerentur, misit. Illi repertis in primo colle vadis, flumen transierunt: eodemque & circuitu, & celeritate usi, E magno clamore sub lato, repente in hostes à tergo impetum fecerunt. Qui nova re perturbati, cum reliquum adesse exercitum crederent, relicto ponte, in fugam se coniecerunt. Bembo lib. 10. historia Venetorum.

CÆSARIS MAXIMILIANI copia ad Medoecam anem in magnas angustias à Venetis redactæ, intempeſta nocte silentio copiis eductis, & relicta levi tantum armatura equestri, quæ frequentes excitare ignes, & speciem præsentis exercitus redderet, ad superiora fluminis vada contendunt, Ludificati que Barth. Livianum Venetorum Imp. flumen transmittunt. Equitatus omnis in unum agmen conglobatus, superiore loco in anem se coniecit, ut profluentis impetus eo obice frangeretur; leniorque aquarum vis, & humiliora vada transeuntes cohortes exciperent. Jovius in Piscario lib. 1.

Est mons MAURETANIE, Fartobus nomine, minoris Atlantis pars, viginti passuum millibus Arzila (cui Joan. Monefius sub Emanuelle Lusitanie rege præerat) distans. Secundum illius radices amnis fluit, qui hinc tantis aquis augetur, ut vado transiri non possit. Mauriæque freti, securè in pagis, qui sunt in monte admodum frequentes, hyemabant, maximoque armentorum, & pecudum greges alebant. At Meneſius in intimis adibus, ne eas in vulgus emanaret, duas quadratas ædificari jubet. Cuiuslibet autem linteis magnitudo tanta erat, quanta posset unius validi jumenti tergo supportari. His perfectis, se tantisper continuit, dum noctem pluvias, & tempestate turbidam videret. Eam noctem tempestatem, quam optabat, signum excursionis propere faciendæ dari jubet. Ubi ad fluvium pervenerit, qui tunc super ripas effusus, multo majorem telluris partem, quam suspicari fuerant, inundabat: linteis, quas jumenta portabant, in ripa deponi præcipit. Tum uni è suis domesticis, qui Fernandus Freitas appellabatur, imperavit, ut extremitate cuiusdam funis mordicus apprehensa, fluvium nando traiceret, usque eò dum modica terra planiciem, quæ ultra alvei partem, quæ fluvius majore impetu ferebatur, in aquis eminebat, attingeret. Eo fure erat jam una ex linteis alligata. Ergo postquam ipsi fluminis alveum transierat, in locum pervenit, & inde contrariam ripam superavit, linteum ad se facillimè traxit. Similiter cum funis alius, quo altera ex linteis colligata fuerat, ex prima neceretur, minimo cum negotio traducta fuit. Cum igitur utraque fuisset utrinque funibus altera ex parte laxata, ex altera contentis munita, prout transmissionis illius usus flagitabat, ut illa ultro, citroque facile commearent: equites ephippia detraherent, equasque linteis imponunt, ipsique linteis ita fluvium paulatim traiciunt, ut equos habens deductos transire compellerent. Superato flumine in homines inopinatè invadunt, multos capiunt, plures interierunt, magnaque prædam faciunt, exercitumque incolorem reducunt. Ubi ad fluvium ventum est, abjecti greges primum fluvium nando traicere compelluntur, deinde ipsi linteis eadem ratione, qua nocte fuerant transgressi, & multo etiam facilius eundem fluvium transierunt: Arzilaque, cum advesperasset, ingressi sunt, cum magna eorum qui reliqui fuerant, admiratione. Fieri enim non posse crediderant, ut in tam sava tempestate, vel fluvium transire, vel, illo transmissio, hostium multitudine armis exercitum evadere possent, maxime verò, cum regressus esset difficillimus, & postea facillimè recisis linteis transire prohiberi. Oroſius lib. 3. ver. Emman.

REX CALEUCIENSIS Cochimifis regi, ob sedes cum Lusitanis initem, exitum minabatur. Regni utriusque fines astuario ingenti erant divisi. Locus autem, quo Calcutiensis Cochimum contendebat, erat ejusmodi, ut astu decedente, vado transiri posset. Eo cum Calcutiensis exercitum perduraxisset, continuo antesignanis vadum tentare præcepit. Sed in non modo transitu prohibiti sunt, verum multos è suis amiserunt. Ergo ad fraudem conversus, Cochimifem questorem, qui singulis propè diebus de genis more militibus stipendia persolvebat, per internum cum magnis numeribus, atque promissis alexit, ut milites stipendio fraudaret. Quæſtor pecunia correptus, morbum simulavit, & in urbem se continuo recepit, edixitque militibus, ut qui stipendium sibi solvere cuperet, in urbem ad illum tenderet. Quo facto multi se in urbem conferebant, quos Nararumhimus, Cochimifis regem nepos, dux belli, continere non poterat. Quæſtor solutionem de die in diem differebat. Hostes interim vadum minime tentabant, ut Cochimifem negligentes redderent. Postquam Calcutiensis ad hunc modum milites delapsos, & eos, qui remanebant, minus ad defensionem intentos animadvertit, repente suis copias vadum cum celeritate transire jussit. Nararumhimus fortissimè dimicans, sagittis confixus occiditur. Oroſius ibidem.

FOSSAS SUPERARE. SPARTACUS fossam, quæ erat à M. Craſſo circumdatus, cæcis captivorum, pecorumque corporibus, noctu replevit, & supergressus est. Front. lib. 1. cap. 5. REGIONES SQUALIDAS, DESERTAS, SITTICULOSAS SUPERARE. Cum CAMBYSES contra Ægyptios per desertam Arabiæ expeditionem intrinſeſſet: Rex Arabum rationem docuit, quomodo sicca loca superare posset. Namque Camelos omnes, posteaquam tribus camelis aqua completis oneravit, egit ad loca humore carentia, ibique Cambyſis exercitum præſolabatur. Alii tamen aliter rem gestam narant. Est magnum in Arabia flumen, nomine Cerys, & extens in mare rubrum. Ab hoc flumine fertur Arabum Rex canalem ex bovinis, alisque crudis coriis confectum tanta longitudine produxiſſe, ut ad loca arida per illum aquam produceret: inque ipſo arido solo ingentes cisternas fodisse, quæ recepta aqua potum suppeditarent. Et cum sit à flumine ad terram aridam duodecim dierum via, per tres aquæ ductus in totidem partes aquam deduxisset. Herod. lib. 2. ANTONIUS Rex Gadamaris in civitate Medorum hyberna agebat. Eumenes viam usque ad mille stadia dispositis undique præſidiis præoccupaverat. Ea via ducit per inferiores montes. Subiectus erat campus aequalis carens aqua, inhabitatus, nullo gramine præditus, non arbore, non planta. Sed cum sulphure, multaque saluſtinoſa materia fœteteret, neque animalia, neque homines per eum iter haberent. Antonius præſidia fecit viam collocata declinans, per medios duces elapſus, planiciem conficere coepit. Quam ob causam decem milia eorum iussit conſuſi, eosque repleri aqua, commaculatos decem dierum comportari. Sic per mediam inhabitabilem planiciem duxit exercitum noctu, ignes incendere vetans, ne profectio cognosceretur. Polyæn. lib. 4. IſHERCRATES viam aridam biduo profecturus, præcepit vasa repleri aquis, & duxit exercitum per nodem. Facto die castrametatus est, & iussit cibum capere. Postquam quieverunt interdu, iterum noctu iter facere. Sic per biduo duabus noctibus frigus captantes abierunt, & una dies, atque aqua ipsis sufficit. Polyæn. lib. 3. CN. POMPEIUS contra Albanos profectus, eum cum longa, arida, & aspera via exieret, decem millia utrumque aqua implevit, atque ita in hostem eduxit. Plut. in Pompejo. REGIONES ASPERAS. MONTOSAS TRANSMITTERE. ALEXANDER MAGNUS per Oſam montem gradibus per precipitia incisis, quam post Scalam Alexandri vocarunt, exercitum in Theſſaliam duxit, Theſſalis angustias Tempe frustula custodiens. Polyæn. lib. 4. HANNIBAL æternis damnatis nivibus Alpes incredibili affuſi, patri successu superavit. Ad eas ubi pervenit, & editissimos tumulos à montanis insidiosi vidit: Gallorum locorum exploratione eductus, interdu tantum obſideri salutum, nocte in sua quenque dilani tecta, luce prima subit tumulos, ut ex aperto, atque interdu viam per angustias facturus. Die deinde, simulando alium quem quod parabatur, consumptum, cum eodem, quo confiterat, loco castra communiſſet, ubi primum digressos tumulis montanos, laxataque sentis custodias, pluribus signibus, quam pro numero manentium in speciem factis, impedimentisque cum equite posset. Eo cum Calcutiensis exercitum perduraxisset, continuo antesignanis vadum tentare præcepit. Sed in non modo transitu prohibiti sunt, verum multos è suis amiserunt. Ergo ad fraudem conversus, Cochimifem questorem, qui singulis propè diebus de genis more militibus stipendia persolvebat, per internum cum magnis numeribus, atque promissis alexit, ut milites stipendio fraudaret. Quæſtor pecunia correptus, morbum simulavit, & in urbem se continuo recepit, edixitque militibus, ut qui stipendium sibi solvere cuperet, in urbem ad illum tenderet. Quo facto multi se in urbem conferebant, quos Nararumhimus, Cochimifis regem nepos, dux belli, continere non poterat. Quæſtor solutionem de die in diem differebat. Hostes interim vadum minime tentabant, ut Cochimifem negligentes redderent. Postquam Calcutiensis ad hunc modum milites delapsos, & eos, qui remanebant, minus ad defensionem intentos animadvertit, repente suis copias vadum cum celeritate transire jussit. Nararumhimus fortissimè dimicans, sagittis confixus occiditur. Oroſius ibidem.

glacem, fluentemque labem liqueſcentis nivis ingrediebantur. Tandem ne quicquam jumentis, atque hominibus fatigatis, E castra in jugo posita ægerimè ad ipsium loco purgato. Tantum nivis fodiendum, atque egerendum fuit. Inde ad rupem minuendam, per quam via una esse poterat, milites duces, cum cadendum esset saxum, arboribus circa immanibus deſectis detrunctisque, struem ingentem lignorum faciunt, eamque cum, & vis venti apta faciendo igni contra esset, succendunt, ardentiaque saxa infuso aceto putrefaciunt. Ita torridam incendio rupem ferro pandunt, mollitque antraſibus modicis chivos, ut non jumenta solum, sed elephanti etiam deduci possent. Quatriduum circa rupem consumptum. Inde ad planum descensum est, etiam locis mollioribus, & accolarum ingenis. Liv. Dec. 3. lib. 1.

TURGARUM XXX. millia anno Sal. 1476. in Forum Julii facta irruptione, inde per abrupta, & contragosa montium loca, vel ipsi Alpium incolas aditu difficillima, in Germaniam evadere: Multa sane, & horrenda facinora, & quæ viz sibi fidem vindicent, in superanda Alpium asperitate edidit, quorum illud silentio indignum mihi videtur, quod non uno loco, ubi ad rupes, & asperos montium antraſtus pervenire, equos restibus alligatos in subjectis crepidines demissos, accepimus, atque deinde in alias, donec in profundissimas valles sit ventum. Interdu univertus equitatus, vel certe major illius pars (quod ex ipsis vestigiis postea intelligi potuit) per ardua loca præcepit datus est, ut per ducentos ferme passus non modo locis illis quicquam pedibus vadere possit, sed ne consistere quidem, nisi virgulto se aliquo applicaverit. Quid quod ubi per juga Alpium usque in montem Carnie fines decurrere, nunciatumque iterum esse, ab Alpium incolis juga montis, qui Lanca dicitur, quas unicuique iter in Germaniam patebat, inaccessa, in trepide ad locum progressi, neque montis altitudine, qui in immensum abſurgit, neque ascensus arduitate decessit, sed secus subnixi per adversam rupem ad hostem reptare coepit, quam subire. Quo audaci incepto territi illi, qui præſidio erant, trepidate corperunt: inde in fugam turpiter dilapſi, ingentis cladis inferendæ Barbaro materiam præbuerit. Sab. lib. 10. Dec. 3.

FRANCISCUS I. Gallorum Rex anno 1515. Mediolanensè imperium recuperaturus, auctore, duceque Trivulzio, qui assidue omnes aditus per inaccessas montium crepidines fuerat contemplantus, inusitatum iter curvilibus tormentis aperuit: ad dexteram inter maritimas, & Coſtias alpes per imas valles Argentarii fluminis insinuando agmina, atque evadendo in præruptos vertices excellissimorum montium, adeo ut tormenta sæpe ductariis præteritis funibus suspensa per trochileas legionum manibus traducerentur, cum profundissima valles intercederent: nec tantæ molis apparatus jugis, aut militum humeris educi posset. Quinque dierum labore per hæc itinera plena rerum omnium difficultatibus, deceptis Helvetiis, in Italiam est perventum, eo lætiori laboris, atque periculi exitu, quod dum inaccessos saltus viis pensilibus ad latera cantium exaggeratis, ad iter patefaciunt, Pæſia cum quatuor alis equitum ad distinguendos, fallendosque hostes superiora Perosa montis juga, ductantibus alpinis agrestibus, transgressus. Prosperum Columnam pontificium ducento inopinato adventu oppressit. Jovius in Leone X. lib. 3.

NIVES SUPERARE. Cum SARACENI hyemali tempore invaderent Pamplonem, & Rex NAVARRÆ Sanctus Garſia ultra Pyrenæam ageret, auditu periculo, de crudis coriis fecit abarcas, quibus pro sotularibus per medias nives transivit illæſus, & ab hoc facto fuit exinde dictus Abarca (Cæliquis, qui ex genere ejus proceſſerunt adhuc hodie cognomen retinent abarca,) circa aurotam adveniens, tanta strage affecit hostes, ut viz superſeſſet cladis nunciis. Rod. Toletanus lib. 5. ver. Hist. cap. 22.

REGIONES FERIS INFESTAS TRANSMITTERE. MOYSES Hebræus dux Ægyptiis ex oraculo datus, omnibus, quæ ab bellum necessaria erant comparatis, in Æthiopia movit: quibus ne suus accessus aliquo modo præſentiretur, à ripa fluminis diverſos ducere conſtituit. Verum quia per loca serpenticibus infesta ductandus erat exercitus, vim libidum ingentem papyraceis instrumentis in arcuum speciem contextis includit, iisque præmissis, serpentes partim confecit, partim fugavit, incolumentumque ad Meron usque exercitum perduxit. Joſep. lib. 2. Antiq. Jud.



EXERCITUM, MILITES SUOS CONTRA HOSTIUM INSIDIANTIAM, INVADENTIAM, RESISTENTIAM, PERSECUTIONEM VIAM TURI. PARTIM DELUENDO, NE HOSTIS INSTET, INVADAT, INSEQUATUR.

Simulatione quietis Castrametationis, Preparationis ad pugnam.

DARIUS Persarum Rex in Scythia circumventus, consilio Gobryæ usus, ubi nox affuit, reliquit in castris viros morbis affectos, & eos, quorum amissio minimi facienda esset, nec non omnes affligatos: afinos quidem, ut rudicum edent: infirmos autem homines hoc preæxto, ut dum ipse cum flore copiarum adoriretur hostem, isti loco castra tutarentur. Hæc persuadens his, qui relinquebantur, Darius, accensissimis, quam maturimè ad Istrum contendit, Afini, quod multitudine destituti essent, eò magis rudere. Quos audientes Scythæ credèbant omnino, Persas in iisdem permanere castris. Verùm ubi illuxit, hi, qui relicti erant, cognito se proditos esse à Dario, manus extenderunt ad Scythas. Herodot. lib. 4. & Polyæn. lib. 7.

Post infelicem pugnam ad Salaminem XERXES rex veritus, ne quis Ionum à Græcis subornatus, aut sua sponte, ad solventes pontes in Hellespontum navigaret, unde ipse in Europa deprehensus de salute periclitaretur, de fugiendi consulabat: nolens tamen neque à Græcis, neque à suis degeri, aggerem in Salamine tentabat educere, navescque Phœnicum oneratis, ut pro rate, ac muro essent, innectabat & se, & tanquam aliam pugnam navalem facturum, ad bellum instrucebat. Quæ agentem videntes ceteri, pro certo habebant, eum manendi animo, atque bellandi illa apparare: sed nihil eorum Mardonium latebat, quæ vi perveneret. At classis Punicæ præfectus cum expectaret Corinthios, persuasit sibi acutum commentum se, & perquam calidum excogitavit: coronas imperat navis sumere, & clypeos Græcis, & palmis ornari, atque ita versus Syracusas contendit, præcursusque arcem cum strepitu, plausu, & rifu, quo percussos redderet obessos in arce Corinthios, clamavit se modò traiecit fuisse mari, & cepisse. Dum ille has nugas, & præstigijs agit. Corinthi, qui ex Brutis pervenerant Rhegium, ubi nullam mari custodiam fuit, & venti, qui prodigijs ceciderant, tranquillum aspectu, & lenem præbuerant transitum, properè confecerunt pontones, & naves plicatorias, quæ ad manum erant: atque in Siciliam tam turò tantraque transmissum tranquillitate, ut equos juxta navigantes trahebant habentis. Qui ut omnes jam trajecterunt, atque ad Timoleonem pervenerunt: exemplo is potius est Messana, ac signa Syracusæ movit, fortuna sua, rebuque gestis plus quam copias fectus, neque enim plusquam totum milibus militum habebat secum. Plut. in Timoleonte.

PHILIPPUS in Amphipensium terram expeditionem parabat. Athenienses, & Thebani angustias maris (quæ Cyanea dicitur) præoccupaverant: neque quemadmodum transitu posset, ulla ratio poterat inveniri. Decipit hostes Philippus, fides literarum ad Antipatrum missis in Macedonia, se expeditionem contra Amphipensium susceptam in aliud tempus recedere, atque jam in Thraciam festinare: quod ejus regionis incolas novis rebus studere audivisset. Tabellarius per angustias iter facit, quem duces Chares, & Proxenus capiunt. Cumque epistolam legisset, fidem habentes scriptis, angustiarum custodiam relinquunt. Philippus sine periculo transit, & redeuntibus duces superavit, Amphipensium potius est. Polyæn. lib. 4. & Front. lib. 4.

PHILIPPUS Demetrii filius, bellum gerens cum Attalo Rege Pergameno, & Rhodiis, & quemadmodum per mare effugere posset, deliberans, transiugam Ægyptum misit, qui hostibus nunciaret, eum ad navale prælium sequenti die committendum preparati: noctuque multos ignes fecit, ut manere exercitus videretur. At cum Attali milites ad navalem pugnam se instruerent, & ex loco, per quem exitus navibus erat, præsidia deducere: Philippus clam omnibus abnavigavit. Polyæn. lib. 4.

Idem oppugnans longo tempore Carras oppidum, cum nulla ratione capere posset, atque discedere sine periculo cuperet, noctem caliginosam observavit: iustitiam fibros dissolvere machinis, ipso tamen sonitu fabricantium morem referre. Curientes audito sonitu portas intrinsecus firmis clauderunt, & machinis contraria tormenta parabant. Interea Philippus clam unâ cum ipsis tormentis per noctem discessit. Polyæn. lib. 4.

DATAMES Autophradates, persequenter fugiens, cum ad flumen propè venisset, transitum metuens, castra se positurum simulavit. Maximis autem, & altissimis tabernaculis ab anteriore parte edificatis, iumenta posticulis solvere non permisit, neque militibus arma deponendi potestatem concessit. Hostes tabernacula conspicati, etiam ipsi castra fixerunt. Interea Datames cum instructo exercitu fluvium trajecit. Pol. lib. 7.

CIMON Atheniensis in castris motus monuit suos, ut exemplo discederent, & mortem suam tegerent. Contigit autem, ut nemine sentiente neque hostium, neque sociorum illi revertentur incolentes ducta, auspiciisque Cimonia, ut Phandemus ait, dies jam triginta desinisset. Plut. in Cimone.

CHABRIAS cum è Laconum terra multam prædam ab-

gisset, exentibus ad ferendum suis auxilium Spartiatis, duce Ageliao, milites in colle excelsum condixit: iumentisque, & captivis munitionibus in locum positus, castra circumca locavit. Lacones quinque stadiorum spacio è regione castrametabantur. Imperavit Chabrias, ut ignes plurimi per noctem incenderentur: & secunda vigilia promulgavit, ut relicti iumentis, & pecudibus ipsi per posterorem collis partem discederent. Quo mandato parentes clam discesserunt. Lacones & ignem conspicientes, & iumentorum vocem exaudientes, cum Athenienses remanere putaret: sub diluculum vasis clamatis, accepta ad incendum pugnam telera, ad colle procefferunt. Postquam verò appropinquassent, & inania castra invenissent, exclamavit Agelias: Optimus equidem dux est Chabrias. Polyæn. lib. 3.

IPHICRATES, clam hostibus propè imminetibus, ut sine periculo castra moveret, quoique erant arbores in eo loco rescouit, & appendit illis scuta, galeas, hastas. Hostes igitur ex his eos manere coniecibant. Iphicrates verò cum omnibus copiis tuto castra movit. Polyæn. lib. 3.

Idem in THRACIA, cum depresso loco castra posuisset, explorasset autem ab hoste proximum teneri colle, ex quo unus ad opprimendum ipsos descensus erat: nocte, paucis intra castra relicti, imperavit, ut multos ignes facerent: eductoque exercitu, & disposito circa latera prædicta via, passus est transire Barbaros: loorumque iniquitate, in qua ipse fuerat, in illos conversa, parte exercitus terga eorum cecidit, parte castra fecit. Front. lib. 1. cap. 5. & Polyæn. lib. 3.

MILITES CORINTHI, in supplementum Timoleonti, qui Syracusas occuparat, missi, qui Thuri agebant, cum formidarent Carthagenisiam classem, quæ cum Hannone asservabat ipsos ad Messanam, & multos dies mare ventis leviret, per exerunt pedibus per Brutios proficisci, Rhegiumque qua barbarorum voluntate, qua vi perveneret. At classis Punicæ præfectus cum expectaret Corinthios, persuasit sibi acutum commentum se, & perquam calidum excogitavit: coronas imperat navis sumere, & clypeos Græcis, & palmis ornari, atque ita versus Syracusas contendit, præcursusque arcem cum strepitu, plausu, & rifu, quo percussos redderet obessos in arce Corinthios, clamavit se modò traiecit fuisse mari, & cepisse. Dum ille has nugas, & præstigijs agit. Corinthi, qui ex Brutis pervenerant Rhegium, ubi nullam mari custodiam fuit, & venti, qui prodigijs ceciderant, tranquillum aspectu, & lenem præbuerant transitum, properè confecerunt pontones, & naves plicatorias, quæ ad manum erant: atque in Siciliam tam turò tantraque transmissum tranquillitate, ut equos juxta navigantes trahebant habentis. Qui ut omnes jam trajecterunt, atque ad Timoleonem pervenerunt: exemplo is potius est Messana, ac signa Syracusæ movit, fortuna sua, rebuque gestis plus quam copias fectus, neque enim plusquam totum milibus militum habebat secum. Plut. in Timoleonte.

PYRRHUS Epirotarum Rex, cum Tarcentis contra Romanos supplicias tulisset, & interea à Carthagenensibus navali prælio victus esset: de fuga tale coepit consilium. E Sicilia post cladem acceptam reversus, legatos cum literis ad Afia reges, & ad Antigonum Macedonia regem dimisit: ab aliis pecuniam, ab aliis auxilia, ab Antigono verò utrumque exposcens. Cum legati diversis literis ei reddidissent, Epirotarum, & Tarentinorum principes in concione vocat. Ibi quas accepterat literas non sanè recevit, sed propediem afutura auxilia affirmavit. Cum percrebuisse rigitor fama in Romanorum etiam exercitu, & è Macedonia, & ex Asia magna Pyrrho auxilia adventare, nihil illi novimolli ausi sunt. Pyrrhus verò ea, quæ consecuta est nocte, ad Epirotas (quæ Cerania vocant) classe transegitus est. Paul. in Attilio.

ANNON cum Carthagenensibus Siciliam præterlegit. Dionysius tyrannus naves adversus eum non paucas numero misit, quæ propediem jam accedebant. Annon suis navibus vela detrahi idem faciunt hostes, Annon suis mandat, ut celeriter explent vela, & hoc pacto cunctantes, & perturbatos effugit. Polyæn. lib. 5.

PHILOMENE Megalopolitanus à Lacedæmonis propediem deprehensus, cum Eurotam fluvium trajecisset, equibus mandavit, ut equis frenas detraherent, & ex aqua potum haurire sinerent. Cum autem locus ille multa sylvâ abundaret, Lacedæmonii magnam fiduciam conficiat equos cithenatum, ac potum ducendum, suspicabantur in nemore magnas aliquas copias sociorum Philopemenis latere,

tere, neque transmittere fluvium audentes revertentur. Polyæn. lib. 6.

Circumventi à Romanis FIGURES, per diversa loca bubalos laqueis ad arbores alligaverunt, qui deduci frequentiore magis speciem remanentium præbent hostium. Front. lib. 1. cap. 5.

CN. FONTEJUS CRASSUS in Hispania cum tribus millibus hominum prædictum profectus ad Hadrabalem, & ad primos tantum ordines relato consilio, incipente nocte, quo tempore minimè expectabatur, per fractionem hostium erupit. Front. lib. 1. cap. 7.

L. SYLLA bello sociali apud Eterniam inter angustias deprehensus ad exercitum hostium, cui Duillus præerat, colloquio petito, de conditionibus pacis agitabat, sine effectu Hostem tamen propter inducias negligentia resolutum animadvertens: nocte profectus, relicto buccinato, qui vigiliis ad fidem remanentium divideret, & quarta vigilia commissa cum sequeretur, incolentes suos cum omnibus impedimentis, tormentisque in tuta perduxit. Front. lib. 1. cap. 5.

L. LUCULLUS Sylla iustu classe in Ægypto comparata, in Cyprum trajecit. Nunciato hostes sub pronontoris flare, & ipsum captare: subduxit classem omnem, civitatibusque de hybernis scriptis & annona, quasi illic ver expectaturus. Inde aspirante aura navibus repente deductis vela fecit. Interdixit velis subducitis, & contractis navigans, noctu in alcum datus Rhodium applicuit iospes. Plut. in Lucullo.

SPAR TACUS cum L. Varinio Procuf. præclusus esset, palisper mota intervalla fixis ante portam, erecta cadavera (adnotata veste, atque armis) alligavit, ut procul intuentibus rationis species esset, ignibus per tota castra factis. Imaginem vasa deluso hoste, copias silentio noctis eduxit. Front. lib. 1. cap. 5.

MITHRIDATES Rex, circumvallante Pompejo, fugam in proximam diem moliens, hujus consilii obsecrandi causa, latus, & usque ad applicatas hosti valles pagularus est. Colloquio quoque cum pluribus, avertenda suspitionis causa impolterum constituit. Ignem etiam frequentiores per tota castra fieri iussit. Secunda die vigilia præteripsa castra hostium agmen eduxit. Front. lib. 1. cap. 1.

CN. POMPEJUS Brundisii, cum excedere Italia, & transferre bellum propofuisset, instante à tergo Cesare, confentur classem, quasdam obstruxit vias, alias partibus intercepit, alias intercidit fossis, & eaque subibus erectis præclusas, operuit cratibus humo aggesta: quosdam aditus, quoad portum ferebant, trabibus transmissis, & in densum ordinem structis, ingenti mole tutatus. Quibus confectis, ad speciem retinenda urbis raros pro moenibus sagittarios reliquit: cæteras copias sine tumultu ad naves reduxit. Navigantem eum mox sagittari quoque per itinera nota digressi, parvis navigiis consecuti sunt. Front. lib. 1. cap. 5.

ADRIANUS in Hispania ad Ilerdam, cum Casarem fugerit, instanteeo, castra posuit. Cum idem Casar fecisset, & pabulatum suos dimisisset, ille signum repente iuneri dedit. Front. lib. 2. cap. 13.

M. ANTONIUS, cum ex Parthis sibi instantibus reciperet exercitum, & quoties prima luce moveret, toties urgentibus Barbarorum sagittis infestaretur, abeuntium agmen in quintam horam sustinuit, suisque fidem constantiorum fecit. Quæ D perfunctio digressis inde Parthis, iustum iter reliquo die sine interpellatione consecit. Front. lib. 2. cap. 13.

AUGUSTUS in bello contra Brutum, & Cassium traicere Adriam volebat. Mutius navarchus hostibus in insulam appellentibus juxta Brundisium, prohibentibus eos manifeste videbatur. Augustus decipit Mutium, ita se gerens, quasi navali prælio adversus ipsum decurraturus esset, & triremes ad dextram Adriæ versus Italiam navigare iussit, tanquam ad insulam advanigaturus. Ipse oneratis turribus implebat, & machinis. Mutius deceptus navis pugnae apparat, in pelagus fecerit, ut in latiori portu quam angusto mari pugnam faceret. Augustus verò prælium non commisit, sed in insula naves subducebat. Mutius nullum alium portum habens, in Theopridum coactus est transmittere. Augustus Adriam sine periculo transiens in Macedonia pervenit. Polyæn. lib. 8.

CESTRUS Syria præses, male gesta Hierosolymis, quam obsederat, fugiens, conclusus in urbe Bethora à Judæis, cœcum milites eorum sagittis noctu impositos, excubantem signa clamare iussit. Ipse clam cum suis abiit, arbitrantibus Judæis

exercitum omnem remanere. Mane cognito dolo, Judæi cœcum, illos interfecerunt. Cestus Antiochiam pervenit quinque milibus pedum, mille equibus amissis. Joseph. lib. 2. cap. 24. beth Jud.

AIDANUS Sootorum Rex à Pictis, & Saxonibus in valle Annandæ incluserat. Restabat iter unum exercitui è valle proficiscendi, per infirmam arenam, & amnem raris locis vadofum. Castra igitur ejectis turribus propugnatoribus, ac stationibus, veluti illic permanens, quam cistissimè firmavit, custodias, vigiliisque circummeando, laboribusque patientia, & vigilantia cum militibus contendens, exemplo magis, & pudore quam voce, quos sub signis habuit, ad virtutem, decusque accebat. Et cum hostis minimè suspicaretur, sub noctem ignibus in castris structis, & amne diversis vadis superato, citato gradu per arenas, locorum gnaris quibuldam ducibus, in Cumbriam, inde in Northumbriam abiit, ferro, & igne fecit omnia vastans. H. Boetius lib. 6.

CAROLUS XII. Gallia Rex, altera post Tarrentem cum Venetis Sfortianisque copiis pugnam, de secunda vigilia multis ad fallendos hostes ignibus excitatis, nullo tubæ, aut tympanorum signo, sed per occultam teleram protectione denudata, castris expeditum agmen eduxit: & Emilia via rectum iter ad Trebiam intendit, tanto usque silentio, ut prius aliquot millia passuum sit emensus, quam ab hostibus repentina ejus profectio sentiretur. Jovius lib. 2. Hist.

BELLO Ligustico quarto, Genuensium classis Tarento digressa consensum ubi ex adverso Venetum in se movementum vidit, in altum declinato cursu sese proripuit. Instat fugienti Venetus, quasi proinus affecturus, cum nova ab eo arce est elusus. Assimulat hostis pugnam, tanquam in fuga omnino parum spei esset: continuoque in Venetum conversus, velut acie dimicaturus: omnia quæ ad pugnam parari solent, in navibus assimulari jubet. Quod Victor Pisanus Venetæ classis præfectus conspicatus, & ipse cursum sistit, edicitque, ut remiges, sociisque navales simul corpora curarent, simul captis armis sese ad pugnam expeditent. Ligur ubi Venetos instructos vidit, turmas armorum pondere gravatas, & bellicis instrumentis tremens omnes impeditas, suis ad fugam dat signum. Vidisses tum utramque classem dispari motu agi: illam quia expeditissimos remiges habebat, velut alas habentem medio pelago volitare, hanc tardam, & quasi impedito remigio hærete. Et hac arte Ligur effugit. Sab. lib. 5. Decad. 2.

Circumventus ab Amurate JOANNES HUNIADIS, ut cum lethissima copiarum parte salvus abiret, simulat apud duces, se in Janizaros impetum facturum, ut & ipsi quoque dato signo id faciant, hortatur. Noctè media expectantibus aliis signum, ipse delatus & Turcis, & suis, cum flore exercitus clapsus est. Chalcocondylas lib. 7.

FRANCISCUS I. Gallorum Rex florentiss. exercitu Belgicum infestabat, anno Salutis 1520. Georgius Frontpergius Caroli V. polemarchus, cum tantis copiis sese videre imparem, ex desperatione prælio se conficturum demul. Mane oborta nebula hostibus equitatum medium opponit, ipse suos ad prælium animat, sed ad evocandos extra munitiones suas Gallos instructa acie paululum retrocedere jubet. Una igitur, eademque opera & Gallos vana spe prælii decipit, & suos à tumultuario discessu, ne hostium injuria perteret, cohibuit. Ubi in tutum evasit, tunc suos omnes ingeniculari, & Deo optimo maximo ope perfolvere iussit. Hoc factum cæteris omnibus facinoribus suis bellicis, quantum vis insignibus, anteferre solebat: quod in reliquis hostes cæcidisset, hoc verò & cives, & Belgium Casari consecrasset. Autor vita ejus.

Abitus, Regressus simulatione.

AUTOPHRADATES Persa, cum in Pisdiam exercitum duceret, & angustias quasdam Pisdie occuparet, simulata de operatione traicendi iussit reducere. Quod cum Pisdæ credidissent, illa nocte validissimam marum ad eundem locum occupandum præmisit: ac postero die totum trajecit exercitum. Front. lib. 1. cap. 4.

P. CAUDIUS COS. primo bello Punico, cum à Rhegio Messanam traicere militem nequiter, custodientibus fretum Pœnis, sparitumorem, quasi bellum injusto populi inceptum gerere non posset, classemque Italiam versis se agere simulavit. Digressis deinde Pœnis, qui profectio ejus habuerant fidem, circumactus naves appulsi Siciliæ. Front. lib. 1. c. 4.



**GATTA MELLITA** Venetorum copiarum ductor contra **A Nic. Picinium** Philippi Vicecomitis ductorem, per juga Alpium ducebat exercitum Veronam. In Penecriensi saltu circumventus erat ab hostibus, Benaco lacu flumine, montibus inclusus. Tum Pilosus Centurio hostem nova arte ludificatus dicitur. Nam cum saltus, per quem unicum patebat via, hostium praesidium teneret, atque ea esset locorum angustia, ut decem fortes viri multa hominum millia facile remorari possent, interdiuque, ac noctu observaretur, arte inde hostem depulit. Fuit nemus jugo, quod hostis infederat, admodum propinquum: in eo viginti lectos pedites sub noctem ille condidit, iustitiae intentos expectare, ut si praesidium illud remisisset, decessissetque hostis custodia illa attentissima, continuo locum occuparent: ipse quasi desperato transitu lateris per noctem accessit, quas altis fustibus suspenderat, facibusque adhuc multis ardentibus digressus, simulavit longius abire. Præbuit ea res speciem abeuntis Veneti. Quo factum est, ut neglecta custodia viginti illi ex proximo coorti jugum repente occuparent. Affuit & ipse Centurio statim cum reliquis militibus: qui ubi superiore parte fe hostibus cum clamore ostenderunt, territi illi apertum Veneto saltum cum fluminis ripa reliquerunt. *Sab. lib. 3. Dec. 3. At Egnatius lib. 2. cap. 4. hoc B tribuit ipsimet Gattus.*

*Divisione exercitus, eum per partes transmittendo.*

**MEGACLEDAS**, cum in montem asperum confugisset, obsecrus exercitum divisit, & eam partem, quæ in insulis erat, atque gravior per sylvam fugam dare iussit: sciens illi hostibus perspicuum fore. Quibus in fugientem impetum facientibus ille, cum meliore parte copiarum, ad contrariam sylvam conversus, ausugit sine periculo. *Polyænus lib. 2.*

**IMOTHEUS** apud Amphibolim castra ponebat. Nunciavit quidam asperti, hostes adversus ipsum coire, & cum magna multitudo postredie aggressuros esse. At is militibus hostium multitudinem non prædixit, ne terrorem faceret: sed quasi aggressurus illos paucos, & confusum agentes, inuilem multitudinem per invia præmisit, ubi minime custodiam hostes essent habituri. Ipse phalangem movit, in postremo levi armatura præditos constituit. Tirremes vero in Strymone fluvio cum implere non possent, incendio consumpsit: & his omnibus una nocte perfectis absque periculo discessit. *Polyænus lib. 2.*

**HASDRUBAL** à Cl. Nerone obsecrus, pacis interjecta mentione per angustos, & neglectos transitus, per partes exercitum transmittit. *Front. lib. 1. cap. 5.*

**Q. SEPTORIUS** pulsus acie à **Q. Metello Pio**, ne fugam quidem sibi tutam arbitratus, milites dispersos abire iussit, admonitos in quem locum vellet convenire. *Front. lib. 2. cap. 13.*

**VIRIATUS** dux Lusitanorum copias Romanas evasit, eadem ratione, sparso exercitu, deinde recollecto. *Ibidem.*

*Metu injecto prodicionis, irruptionis, periculi cuiuscunque, vel auxiliorum novorum.*

**CLEANDRIDAS** ad Terim ducens exercitum per viam cavam ex improviso Terenenses obtuere conabantur. Quod cum illi ex transfugis antea perciperent, festinantes ad viam, supra caput Cleandridæ evaserunt. Ille militibus tristitia confectis, iussit bonum animum habere, & præconem per exercitum duxit: mandans, ut proclamaret: Qui Terensium propostam tesseram prodiderit, eum se pro amico habiturum. Audientes hæc Terenenses, in suspitionem venerunt, ut ex se ipsi aliquos existimarent esse proditores: visumque est eis statim discedere, & urbem custodire. Hi decepti, recesserunt. At Cleandridas sine periculo ad excelsum duxit, atque insuper de copiis, & regione eorum securè præda acta discessit. *Front. lib. 1. cap. 4.*

**EPAMINONDAS** volens in Lacedæmonem irruptionem facere, cum Onium Laconico praesidio obsecrum teneretur, præ se ferens noctu adfuturum esse, sub Onio exercitum quiete iussit recessit. Qui transitum custodientes in armis, tota nocte vigiliis confecti sunt. Postquam autem affulit auro, copiis excitatis, Epaminondas custodes in somnum versos aggressus est: quibus subactis, nullo prohibente transitit. *Polyænus lib. 2.*

**AGESILAUS** Thebanos agros vastabat. Hostes collem supra viam inaccessum occupaverunt, qui dicitur Rheze sedes: sic, ut

& pugnare sine summo damno nequiret, & tamen procedere alioquin non possent. Quare desectis agmen, simulabat, se ad Thebanorum urbem ducturum: etenim erat inanis, quia omnes excurrerant. Thebani civitatem metuentes, collemque deserentes ad urbem citato cursu ferebantur. Sic Agesilaus, nullo impediendo, collem tranxit. *Front. lib. 1. cap. 4.*

**CHARES** exercitum à Thracia deducebat. Instantibus Thracibus, & postremum agmen carpentibus, cum vellet abstratis hostibus tuto locum suspectum transire, impostis in equos tibicinibus, & missis unâ paucis equitibus, iussit ut obequantibus statim ad hostium terga penetrarent, & classificam erant. Quibus canentibus, Thracibus, qui insequerentur, insidias esse suspicatis, perturbatis ordinibus, fugam capesserunt. Chares vero securè, ac sine detrimento discessit. *Polyænus lib. 3.*

**IPHICRATES** ut per medios hostes evaderet, noctu tibicinibus misit ad extremitates locorum occupatorum, mandans ut classificam canerent. Quibus canentibus, hostes ad tubicinum sonitum accurerunt. Iphicrates, cum hostes medium locum inane reliquissent, sine periculo tranxit. *Ibidem.*

**PHILOPOEMENES** Megalopolitanus à Lacedæmonibus fugatus, & propemodum deprehensus, cum Eurotam fluvium trajecisset, equitibus mandavit, ut equis frenas detraherent, & ex ponto aquam haurire sicerent. Cum autem locus ille multa sylva abundaret, Lacedæmonii magnam fiducia suspicati equos effrenatum, ac potum ducuntium, suspicabantur in memore magnas aliquas sociorum Philopomenis latere, neque transmittere fluvium audentes revertentur. *Polyænus lib. 6.*

**PHILIPPUS** Demetrii F. cum transitu Eceotie praesidium teneretur (erant autem angustæ montis fauces) non ad hunc iter direxit, sed in oculis omnium agros, urbemque incendio, & vastitate populabat. Bæoti, cum civitates suas vastari ab oculis videre non fuissent, à monte descendunt. Ita Philippus reversus per montem evasit. *Polyænus lib. 4.*

**POENT** classe superati, quia instantem avertente Romanum fludebant, simulaverunt in vada nares suas incidisse, hærentesque imitati, effecerunt, ut victor eorum tumens similem casum, spaciū ad evadendum daret. *Front. lib. 1. cap. 13.*

**HANNIBAL** saltum Cassinatense petere se putans, ut illic commeatu, ac pabulationem copiosius haberet, per ducis errorem Cassinum se deducit in campum Stellatense invenit: ubi propter loci iniquitatem, ac simul sterilitatem, infestis à **Q. Fabio** Max. montibus, brevi cum exercitu periturus videbatur, quia vallis depressa, atque altis montibus obsecra, in quibus Fabius cum exercitu considerat. G. Supra humanum ingenium evadendi inde, quam inivit Hannibal, ratio fuit. Quis enim putasset, alligatis stramentis ad bis mille boum cornua, incensisque, Romanos milites, qui fauces ejus vallis infidebant, ita terri posse, ut locum desererent? atque ipsam Fabium Hannibalis ante dorsum invidium, tunc hoc ludibrio capi, ita ut inde egredienti libera Hannibali facultas relinqueretur? Hac igitur calliditate, qui spem amiserat armis inde se emittendi, nullo effuso sanguine, ne tentata quidem pugna, liberè evasit. *Sab. lib. 4. c. 6. & Front. lib. 1. c. 5. 9. Plut. in Fabio.*

**T. DIDRUS** paucitati suorum diffidens, cum in adventum earum legionum, quas expectabat, traheret bellum, & occurrere eis hostem comperisset: concione advocata apertè iussit milites ad pugnam, ac deinde industria negligentibus custodiri captivos: ex quibus pauci, qui profugerent, nunciarentur suis. H. pugnam imminere. Hostes ne vires dividerent, omiserunt occurrere eis, quibus insidiabantur. Legiones nullimè ad Didium pervenerunt. *Front. lib. 3. cap. 5.*

Oblesse à **Goratis** Bellario Justinianus Imper. auxilia, & commeatum mittebat. Veritus autem Bellarius, ne si hostis illorum ad Urbem adventum presertiret, priusquam Roman veniret, subita vi intercepterit, hostium castra adortus est, factaque est erupio per portam Flaminiam, quam à prima obsidione Bellarius obstruxerat. Eques levis armatura iussit Gothorum castris adequire, tumulo eosque hostem ad pugnam elicere, mox coniecta pugna paulatim cedere: hostemque procul à castris distrahere. Quod cum illi gnæviter fecissent, estque jam propè ad Urbem ventum, tum simul ab his, qui per Flaminiam emissi fuerunt portam, à tergo oritur clamor: & equites, qui fugam simulaverant, subito equorum circumactu ferociter in pugnam redeunt. Itaque Gothi

**Gothi** anceps Marte petuli, ad castra redierunt: simulque auxiliaries copias, & commeatu in Urbem tuto recepti fuerunt. *Jovius Magnus l. 11. c. 6. ex Procopio.*

**Gothi** duce **Verge** Bellarium Romæ obsidebant, et milium exercitum. Bellarius facta eruptione in insidias incidit: & per integrum diem fortissimè pugnavit, tandem occidente Sole cum suis retrocedere cogitur. Romani, qui muris custodiendis præerat, veriti, ne cum suis unâ & hostes invadenti intra Urbem reciperent: portam fugientibus aperire volebant, vel Bellarius ipso minaciter inclamante. In tanto periculo constitutus iussit eos, qui circa ferant, agmine uno subitam irruptionem in hostes facere. Quod cum Gothi viderent, suspicatis novas ex Urbe copias his optulatum venisse, præsertim quia nox ingrebat, ab insequendo desisterunt. *Procopius.*

**THEOPHILUS** Imper. cum fugato suo exercitu, in collem cum suis evasisset, ab Agarensi graviter premebatur. Noctè facta: Theophobus Persa, ex legato regia stirpe orto natus, militibus mandavit, ut streperet, atque conclamarent, sonitumque cithararum, & chordarum, tubarumque ederent, veluti adventante ipsi aliunde subsidio. Saraceni hoc ipsum fieri suspicantes, ne ab hostibus circumdarentur, ad vim illa passum recesserunt. Imperator cum suis ad exercitum, qui fugam è pralio fecerat, pervenit. *Cedrenus.*

**RICARDUS** Burgundionum, & **Ebalus** Pictavorum duces, exercitum Rollonis Normanni obsidebant in monte, in quem se acie vix receperant. Consilio Prissi cuiusdam nocte intempta pauci quidam Normanni per avia descendunt, & tubarum concentu novis exercitus adventantis suspitionem Gallis inficiunt. Neque spe sua decepti sunt. Obsidentes inopinato correpti terrore, fugam magis quam pugnam in nocte paraverunt, Normanni in colles pervenerunt ad suos. Etorra jam luce, citatis agminibus hostes insequuntur Ricardus, atque Ebalus. Sed Rollo jam castra firmarat, in circuitu castrorum animantium cruentas pelles tendens, ut horrorem incuteret. Terribi in solita specie, sanguinolentos homines insequi desistere. *Crantz. l. 2. Norvegie, c. 26.*

**VALDEMARUS** Danorum Regis classis in lacu Pomerania ad Chizovam insulam à Cazimaro Pomeranorum duce inclusa fuerat. Cæterum Abfaloni Episcopus Roskildensis, cæteris animo planè dejectis, Regem expositis in continentem equitibus, protegens classis gratia ad ipsas fauces fecedere iussit, eoque navigia nonnulla locicatis remigibus instruita, cæteris sigillatim præire, & in classem circumfremum. C. Ridentibus cunctis &c. An ipse præcedere vellet, percontantibus: Volo, inquit, ne fortius diuile videar quam fecisse. Delectatus consilio Rex, Abfaloni naves, remigisque, quos polceret, expediti præcepit, ac protinus ripam stipatis equitibus petens ad amnis principium properavit. Quo Cazimarus cœtinus adventante conspecto, ad classem trepido cursu ferretil. *Saxol. 14.*

*Victoria simulationis.*

**ARTABAZUS** Pharnacis filius, fugiens à Platizis Thesaliam venit. Thesalis interrogantibus de pugna, non audens confiteri calamitatem, respondebat: Se in Thraciam properare, & arcanum regis mandatum perficere velle: Mardonius autem victor sequitur, & ipse victorie nuncium apporat. *Polyænus l. 7.*

**C. CLAUDIUS** navali pralio superatus à Pœnis, per hostium præsidia crepturus reliquis viginti naves tanquam vidtrices iussit ornari: atque ita Pœnis exstimulantibus, superiores fuisse acie D Romanos, terribilis excessit. *Front. l. 2. c. 15.*

*Pacis, Federis, Deditiois, Societatis simulatione.*

**ALCIBIADAS** ad conficiendam pecuniam profectus in Hellepontum à Selybriam ibi cepit: ubi impetivisse in periculum signum face confluenter media nocte dare. Id maturius facere metu unius ex conjuratis, qui mutabat consilium, coacti fuerunt. Igitur cum esset sax subacta, exercitu nondum parato, rapis secum militibus ad triginta, & reliquis prosperè sequi iussit, cursu contentidæ nocte. Porta ei parata, adjunctisque ad xxx. suos cetratis viginti, simul atque urbem irrupit, sensit Selybrianos ex diverso armatos invadere se. Cum vero subsistenti nulla appareret salus, & ad fugam capessendam in impetiis suis semper ad eam diem invidius, esset

ambitiosior, tuba silentio indidit, præcepit uni ex astantibus pronuntiare, ne Selybriani in Athenienses arma fuissent. Hoc edictum partim segniores fecit ad certamen, ratos omnes hostes intra monia esse, partim spe erecti ad pacificationem fuisse. Dum inter congressos ultra, citòque verba fiunt, supervenerunt copia Alcibiadis. Coniciens autem id quod erat, non abhorere à pace civis, metu, ne urbem Thracibus diriperent, frequentes enim erant, qui Alcibiadis gratia, & benevolentia adducti, strenuam præstabant in bello operam. Quare omnes eos emovit oppido, supplicisque nihil violavit Selybrianos, sed exacto stipendio, & praesidio imposto, discessit. *Plut. in Alcibiade.*

**LACEDÆMONIUM** duces cum Syraculis navigare destinassent, & Pœnorum classem timerent: decem Punicas naves, quas captivas habebant, veluti vidtrices primas iusserunt agere latere junctis, ac puppe religatis aliis. Qua specie deceptis Pœnis, transierunt. *Front. l. 1. c. 4.*

**CLARECHUS**, mortuo in pugna Cyro, revertens cum Græcis, in vico quodam abundè commeatum habente, castra ponebat. Tissaphernes missis legatis, iussit Græcos traditis armis ibi manere. Clarechus fingebat se orationem admittere, ut Tissaphernes fretus spe fœderis, multitudinem Persarum undique in vicis dimitteret. Qui ratus Clarechum se submittere, dimisit exercitum. At ille sub noctem, professione totum diem, & noctem continuata, evasit. *Polyænus l. 2.*

**PAMMENES** cum exigua manu à pluribus interceptus, transfugam in hostium castra misit: qui cognita pugna tessera, reversos Pammeni nunciavit. Ille per noctem hostes aggressus, magnum eorum numerum interiecit, atque per medios dicta tessera equitavit. Qui ad difficultatem maximam redigebantur, cum in tenebris luos per tesseram cognoscere non possent. *Polyænus l. 5.*

**TIMOLEON** Corinthiorum dux, ad Siculorum libertatem tuendam Rhegium cum classe appulerat. Carthaginenses, in gratiam Ictæ Leontinorum tyranni, qui Dionysium Syraculis obsidebat, transitum ei negabant. Ille coram Rheginis Græcis ea de re se cum Carthaginensibus discipraturum simulat. Itaque advocaverunt concionem, & ne civis diverterent aliò, portas clausere. Inde progressi in medium duxerunt in longum orationes, tradideruntque alteri alteri idem argumentum: nihil aliud quarentes, nisi ut tempus, dum solvissent naves Corinthiorum, extraherent, deincerentque in concione nihil suspicantes Pœnos: utpote Timoleonte præsentem, quem expectabant jamjam exsurrecturum ad dicendum ad concionandum. Ut nunciaturum ei à quodam clam est, cæteras naves in altum provectas solam ipsius relictam, operiri, clapsus per turbam simul cum Rheginis, qui suggestum circumfitebant, eum regentibus, cum ad mare descendisset, properè solvit, & Tauromentum Siciliæ appulit. *Plut. in Timoleonte, & Diode. Sic. lib. 16.*

**PHILIPPUS** Macedonum Rex Græciam petens, cum Thermopylas occupatas audiret, & ad eum legati Aitolorum venissent auctori de pace, retentis eis, ipse magnis nitentibus ad angustias pertendit, securisque custodibus, & legatorum reditus expectantibus, inopinatus Thermopylas trajecit. *Front. l. 1. c. 4.*

Idem, quia **CHERSONESUM**, quæ juris Atheniensium erat, occupare prohiberetur, tenentibus transitum non Byzantiorum tantum, sed Rhodiolorum quoque, & Chiorum navibus, conciliavit animos eorum, reddendo naves, quas ceperat, quasi sequentes futuros ordinanda pacis mee se, atque Byzantios, qui causa belligerant: tradæque per magnum tempus postulatione, cum de industria subinde aliquid in H conditionibus recederet, classem per id tempus præparavit, eaque in angustias freti imparato hoste subito evasit. *Front. l. 1. c. 4.*

**NICIAS**, cum Gylippum Lacedæmonium in Sicilia persequentem fugeret, interceptus, misit præconem ad eum, dicens: Omnia facturum se, quæ imperaret, modò aliquem mitteret ad dandum, accipiendumque jurandum. Gylippus fidem habens præconi castrametabatur: & à persequendo desistens, cum præcone Nicia misit, qui fœdus componeret. Interea Nicias, occupato firmiore, ac tuciore loco, rursus bellum gerbat. *Polyænus l. 1.*

**DIONYSIUS** tyrannus Magone Carthaginensium Rege interfecto, omnes jubet à Sicilia urbibus discedere. Carthaginenses pacis induciis, ut negotium ad Principes dederent: interea furrogato in oculis Magonis locum filio, exacto



evado induciarum tempore Dionysium vincunt. Diodor. A lib. 15.

CARTHAGINENSES in locum aqua vacantem conclusi a Dionysio tyranno, de constituenda pace legationem ad eum miserunt. Ille conditionem hanc tulit, ut ab omnia Sicilia abstinerent, sumptusque praearent, quos in posterum bellum impendisset. Consilium Carthaginensium se imperata facturos receperunt: verum se plenam potestatem sine navarcho non habere. Itaque rogabant, ut sibi ad eum castra transferre liceret. Concessit Dionysius, quamvis repugnant Leptine: Carthaginenses mutatis castris, Dionysio legatos re infecta remiserunt. Polyen.

NICON Samius gubernator, ut hostium naves praeteriret, eodem modo suam irremem tinxit, quemadmodum hostes tritremes intas intelligebat: fortissimisque, & corporis robore validissimis vicis remos committens, proras hostilium navium praeterlegendo tanquam amicus appropinquans, evasit. Polyen. 14.

HASDRUBAL frater Hannibalis, cum saltum evadere non posset, foveibus eius obfessis, egit cum Cl. Nerone, receptique, dimissum se, Hispania excessurum. Cavillatus demum de conditionibus, dies aliquot extraxit. Quibus omnibus non omisit per angustos trames, & ob id neglectos dimittit: per partes exercituum, ipse deinde cum reliquis expeditis facili effugit. Front. lib. 1. cap. 5.

L. SYLLA adversus Archelaum praefectum Mithridatis in Cappadocia, iniquitate locorum, & multitudine hostium pressus, foci pacis mentionem: interpositoque tempore etiam induciarum, & per hoc advocata intentione, evasit. Front. lib. 1. cap. 5.

Bello civili, cum ATEGNA, urbs in Hispania, Pompeianarum partium obfideret: Maurus interex, tanquam Caesarianus tribuni cornicularius, vigilas quosdam excitavit. Equibus aliquos evitans, constantia fallaciae suae per medias Caesaris copias praefectum Pompeii transiit. Front. lib. 1. cap. 14.

PHILIPPUS Demetrii F. in Epiro victus, ne fugientem eum Romani premerent, inducias ad sepeliendum eos, qui caesi erant, impetravit: & ob id remissioribus custodiis evasit. Front. lib. 1. cap. 13.

MATHIAS CORVINUS Ungarorum Rex, Georgio Podiebrachio boemo Bocmorum Regi bellum intulerat. Georgius, cum Mathiam intra montes, quos ferreos cognominant, ita conclusum fratris per vias a carbonatis arboribus haberet, ut evadere inde sine magno periculo non posset: circumscribi se ab eo, vanisque de pace pollicitationibus circumveniri passus fuit, ut eum aggregandi in locis angustis, vincireque supercederet. Dubravius 130.

In obsidione Leodii, CAROLUS Burg. D. ingressurum se putans in urbem, praemisit Imbercotum Ambianum virum nobilem, quod ei civitati aliquando praefuisset. Is cum non admitteretur, in vicinam Abbatiam sese recipit, eum ducentis circiter militibus. Noctu sub horam nonam audita urbiscampagna, veritus ne opprimeretur, ut ipsos sustineret ad mediam usque noctem, sperans, tum qui infestiores essent, remissus feliciter gesta, defatigatos labore, & vigiliis sponte cessuros, ex oppidanis, qui cum ipso erant, duos emittit in urbem, qui pacis conditionibus propositis morarentur eorum conatus. Is per horam absentibus, audito majore eruptionis tremitu alios quatuor eodem pacis consilio emittit. Qui postuaso ad deliberationem incundam populo, obtinuerunt, ut urbs postero die fuerit tradita. Per eusmodi di cere rationes magna saepe pericula, & incommoda declinari possunt. Philip. Com. 2. histor.

Signi simulatione, absconsione.

CHABRIAS in Naxo adversus urbem navale praelium gesturus, praecipit trierarchis, ut si in aequali, & ancipiti periculo essent, suarum navium signis absconditis insignitas hostiles esse scirent. Pollis Spartanorum dux, Atheniensium navibus obviam factus, cum non haberet Atticum signum, praetervigilavit. Athenienses vero, quemadmodum praecipit erat, ut inque in insignitas naves impressionem fecerunt. Polyen.

ARTEMISIA longam navem agens, non modo Barbarorum, verum etiam Graecorum signum habuit. Si ipsa Graecam navem insequeretur, Barbaricum signum sustulit: si Graecam navem persequeretur fugeretur, Graecum: ut persequentes quasi a Graeca navi abstineret. Polyen. 18.

Libertatis, & Effugii simulatione.

COMMENTUS Artabas cum victus a Julio Caesare ex Gallia in Britanniam fugerit, & forte ad Oceanum secundo vento quidem, sed estu recedente, venisset, quamvis naves in hieci litioribus haerent, pandi nihilominus vela iussit. Quae cum persequens cum Caesare ex longinquo rumentia, & statu plena vidisset, ratus prospero fidei cursum, recessit. Frontinus, & Fulgosi 1. 7. c. 4.

Nebula, Fumo.

EPAMINONDAS ad pontem Spercheii, Thessalis ex adverso oppositus, videns circa auroram a fluvio magnam, profundamque nubem exurgere, praecipit singulis manipulis, ut duos portarent faeces lignorum, alterum viridem, alterum aridum. Media nocte aridum inferne, viridem desuper injectum incendit. Cum simul nox, & nubes atque fumus coirent, Epaminondas per pontem traduxit milites. Qui cum in media planicie essent, postquam fumus cum nube evanisset, Thessali primum transitum hostium senserunt. Polyen. 2. Pari stratagemate Iphicrates e regione castrametantibus hostibus, clam progressus est trium dierum itinere. Idem 13.

C. JUL. CAESAR, cum in Gallia ad Alpes pervenisset, Barbarorum montanorum copias aditus obfidere nuntiabantur. Ille naturam Alpium speculabatur. Infra montem flumina multa labuntur, eximia profunditatem habentia. Ab his magna oritur nubes prima luce sub ortum aurorae. Circa id tempus Caesar dimidas copias ducens, montem circumit. Barbari, nube tenebris offundente, nihil videntes, quos se tenebant. Ille cum supra caput hostium evasisset, clamorem foci tunc dimidia pars exercitus ab inferiore loco vociferationem excepit, montesque ab omnibus partibus resonantes, inexplicabilem barbaris terrorem iniecerunt: qui repente lugam petentes, discesserunt. Ita sine pugna Caesar Alpes superavit. Polyen. 18.

FRANCISCO I. Gallorum Rege, exercitu Belgium incessante, anno 1520. Vide supra, exercituum contra vim hostium tuori. Deladendo in fine.

Nive.

MATHILDIS, Henrici I. Anglorum regis F. post Henrici V. Imp. obitum Gaufredo Andegavensi nupsit, & a fratre cum liberis suis regni haeres instituta, armis Stephanum Bleientem regi invalorum aggressa, ad Vintoniam clade accepta, simulata morte velati cadaver Gloecfridiam delatum est, reliquis suorum caesis, vel captis. Oxonii iterum obfesa, cum iam oppidani dedicationem facere cogerent, media hyeme cum mix omnem campum oppleret, adeo ut milites hostium frigore torpentes legemur vigilias agerent. Mathildis albis vestibus induta, ut specie nivei coloris hostes falleret, noctis silentio egressa est oppido, & scapha per Thamefium vecta, ad arcem Vallinfordensem profugit. Polydorus 112.

Status.

Quidam de Aquileja ab ATTILA Hunnorum Rege expugnata fabulantur, Aquilegentes fame seva laborantes exercituum obsidione, armatas per moenia status, qua custodum ordinem menterent, disposuisse: ipsos in proximam insulam, quam Gradum dicunt, confugisse. Hunnum vi tandem ex ciconis, qui status infederant, dolum cognovisse. Bonifantus 6. Decadis 1.

SUSTINENDO INSTANTEM,

INVAIDENTEM, INSEQUESTEM, INSIDIANTEM.

Loci commoditate, nativa vel artificiali, ut Vallo, Muro, Fossis, & similibus.

Missus Aegyptiorum Regi NECTENABO suppeticas Agefilaus, cum obfideretur eum eo ad hostibus, quorum numero nulla parte comparari sui poterant, castraque fossa circumvallarentur: imperante rege, ut eruptionem cum hostibus diuicaret: negavit inhibitorum hostibus, se, qui pares ipsi se velent reddere. Ut jam parum spati superuisset, quin committeretur fossa, in eo ipso interstitio instructa acie pares cum paribus certantes victoriam retulere. Platarchus in Aep. & Polyen. 1. 1.

Eadem plane ratione BRASIDAS Spartanus obfessus iuxta Amphipolim in difficili, & aspero colle evasit. Polyen. 1. 1. & Front. 1. 1. c. 5.

CLARCHUS praedam copiosam agens, in colle interceptus, cum ab hostibus circumvallaretur, rogandus ducibus, ut periculum adiret, antequam totus collis circumdaretur, bonum

bonum animum eos gerere iussit, quoniam per vallum cum A paucis esset futura pugna. Vespera autem accedente, relicta praeda, in deficiente valli parte, exegit obvios, & in angustia trucidavit. Front. 1. 1. c. 4.

LYSIMACHUS, cum exitum castris destinasset, imprudentia autem hostium in inferiorem deductus, veretur ex superiore hostium incursum, triplices fossas intra vallum obicit: deinde sublimibus fossis circa omnia tentoria ductis, tota castra confodit, & intercepto hostium aditu, simul humo quoque, & frondibus, quas fossis superiecerat, facto impetu, in superiora exiit. Frontin. 1. 1. c. 4.

C. CAESAR bello civili cum adversis Afranium copias educeret, & recipiendi se sine periculo facultatem non haberet, sicut constituerat, prima, & secunda acie furim a tergo ad opus applicata, quindecim pedum fossam fecit, inter quam sub occasum solis armati se milites ejus receperunt. Front. lib. 1. c. 5.

Ad DAGINCURTUM HENRICUS V. Anglorum Rex contra Carolum VI. Francorum Regem aciem instruxerat: cumque hostis numero militum, equitumque praefaret, veritus ne non pariter in fronte, atque latere suorum pugnetur, B ad arcendam equitum vim, & impetum, ut ne peditanus, in quo omne exercitus ejus robur consistebat, ordinem turbarent, neve frangerent, septa ad utrumque latus fecit ex palis feris, vel paulo plus pedibus oblongis utrinque ferratis, ac praeracis, quod si equi in eos incurrent, subito transfoderentur, deditque negotium certis gregariis militibus, qui ut casus, & res posceret, ipsos palos refrigerent, rursumque eo loci figerent, quo pedites se calom referent pugnando. His igitur palorum septis, five vallo, acies pedum se continebat, equitatus vero omnis ab lateribus extra palos stabat. Istum modum munitendi aciem Angli etiam nunc servant, in ventis ad haec alii machinis, praecipue pilis ferreis, quae acuti undique munitis clavibus per terram sparguntur, quibus equites procul a suo pedaturo arcant: nam si remere equi in ipsas machinas incurrerint, aut in vestigio confodientur pallis, vel lassus pedibus cadere cogentur. Polyen. 122.

BOHEMI, apud quos multa plana, raras fossas invenias, equitatumque omnem inter currus claudunt, in curribus vero quasi munitibus armatos collocant, qui missilibus hostem arcant. Cum praelium committitur, ex curribus quasi duo cornua efficiunt, eoque pro multitudine pugnantur, & loci necesse est explicant: retroque, & a lateribus tecti in fronte pugnant: interea paulatim a tergo procedunt, hostiumque acies circumvenit, atque includere conantur. Quo facto haud dubie victoriam parant, cum hostes undique feriantur. Est quoque plausitorum compages ea arte composita, ut ad Imperatoris iussum, qua velit, & quando velit, aperiatur, five ad fugam, five ad insequendos hostes ratio postularit. An. Syro. 1. 4. Com. in Alfonso.

SCYTHAE in conflictu cum Joanne Comneno Imp. Alexii F. in Thracia commisso, ipsa necessitate artium magistra edocit, rem hujusmodi sunt commenti. Omnes currus in orbem conjunxerunt, istaque sua curruum copiarum parte imposita, pro vallo sunt usi: ac milibus obliquos aditus platarum instar in eis reliquerunt. Cum igitur a Romanis virgebantur, tergis obversis in currus tanquam munitam arcem nullo fugae incommodo se recipiebant. Inde recuperatis viribus, tanquam portis erumpentes fortia facinora edebant: neque ea resalid erat, quam moenium expugnatio, qua in media planicie Scythae ex tempore struxerant. Nicias.

Igni obiecta.

CROESUS in Cappadocia victus a Cyro, ut commodè fugam facere posset, militibus imperavit, ut magnam lignorum multitudinem comportarent. His viam angustam, & arcem stravit: cumque axi ingrueret, per eam copias abduxit summa celeritate. Equites vero levissimos, & celerissimos reliquit: qui cum primum illuxisset, sylvam incendere. Hoc pacto Croesus per fugam evasit. Cyrum autem a persequendo flamma prohibebat. Polyd. 17.

ALCIBIADES Tiribazum praefectum Asiae fugiebat. Via erat una. Tiribazus cum manente manu non conferebat, turgent insilabat. Alcibiades noctu manens, & multa ligna secans, ea reliquit injecto igni, atque discessit. Barbari cernentes ignis fulgorem, Graecos manere putabant. Postquam vero rem cognoverunt, impetu facto, cum viam igni interceptam penetrare non possent, a persequendo destiterunt. Polyen. 17.

DEMETRIUS PHALEREUS per angustam viam revertebatur, cum Spartaite extremum agmen adorti, plurimos vulnerarent: ille curruum multitudine coacervata, in angustissimo, difficillimoque loco ignem subdidit. Hostes incensum ignem transire non poterant. Donec vero currus omnes comburentur, Demetrius adhibita festinatione, persequentium vim effugit. Polyen. 14.

HANNO Carthaginensis ab hostibus clausus, locum eruptioni maxime aptum, aggestis levibus materiis, incidit: tum hoste ad certos exitus custodiendos avocato, militum per ipsam flammam eduxit: admonens, ut ora scutis, crura veste contegerent. Frontin. 1. 1. c. 5.

ISCHOLAUS Spartanus in itinere ab altero latere praecipita, & periculosa loca, ab altero montem habente, quem tenebant hostes, orto ingenti vento, sylvam incendit. Itaque hostibus, qui montem obfidebant, fumo, & igni dejectis, hac parte exercitum absque periculo duxit. Polyen. 12.

PELOPIDAS Thebanus, cum in Thessalia flumen transire non posset, instantibus hostibus, castris ad fluvium positus, a fronte vallum circumdedit. Multis lignis exfectis, quietem militibus concedens, media nocte vallum combustit. Igni vero undique in altum sublato, hostes ab insequendo prohibebantur. Pelopidas cum suis absque periculo trajecit. Front. 1. 1. c. 4.

BRASIDAS, cum in angusto loco ad caudam hostes instarent, iussit a colle ligna secare, & vicissim apportare. Materiam deinde iniciens, ignem incendit, ita ut copiosa, multaque flamma sublata, hostes ad caudam impressionem facere prohiberentur. Polyen. 11.

AMILCAR juxta Cronium adversus Dionysii duces castra constitit. Cuius qui Cronium inhabitabant, Carthaginenses urbe recipere vellent, neque duces potestatem facerent: Amilcar hac re cognita, sylvam omnem, qua pro castris hostium erat sane magna, captato adverso hostibus vento, foveis ignibus incendit. Fumus magna copia, & turbine in vultus hostium vi venti deferrebat. Interea temporis Amilcar clam ad moenia transiit, eique portas aperuerunt, qui recipere eum cupiebant, urbemque ducibus ignorantibus ingressus est. Polyen. 15.

Q. SERTORIUS in Hispania, cum a tergo instante hoste flumen transire haberet, vallum in ripa eius in modum cave lunc dedit, & oneratum materiis incendit: atque ita exculsis hostibus, fluvium libere transgressus est. Front. 1. 1. c. 5.

HERCULEJUS legatus Sertorii, cum in Hispania inter duos G montes abruptos longum, & angustum iter ingressus, paucas duceret cohortes, compenfitur ingentem manum hostium advenire, fossam transversam inter montes praefixit, vallumque materia extructum incendit, atque ita intercluso hoste evasit. Idem.

GALANUS Picorum Rex, infelici pugna contra Hengistum Saxonum Ducem usus, noctu impedimentis omnibus cum magna lignorum strue incensis, flammam interjecto discessit suorum celavit. H. Bobertus 18.

LUBECENSES anno M. CCC. IX. Ericum Ducem Saxonie, qui oppidum Molne, sibi impigneratum, vi receperat, obfederant. Ille ubi vidit oppidum se tutari non posse, ipsum incendit, ut restingendi incendio occupati, fugientem sequi omitterent. Crantz. 1. 10. Vandal. c. 14.

Aqua obiecta.

SULTANUS Aegyptius Darganus ab Americo Hierosolymorum Rege victus est tanta clade, ut deplorata spe armis Latinarum obfistendi, in superiorem Aegyptum refugeret. Insequi H trepidos, & victoria uti ardebat Rex, castraque promovet, cum hostis locorum beneficio se texit, Aggers Nilitripit, campisque aqua immissa operuit. Amil. 15.

Celeritate hosti elabi: e jusque causa tum alia facere, tum Impedimenta, & Praedam abicere.

Cum filii JACOB Sicheinitas cum tota urbe delevissent, propter stuprum Dinæ sorori illatum: Jacob metu vicinorum ne contra se coirent, fugam celeritè adornavit. Et omnibus mobilibus, inauribus, deorum statuis, sub quercu ad Sicheim occultatis, cum suis omnibus Bethel profectus est, tanto finitimum terrore, ut nemo illum persequi cogitaret. Gen. 36.

EUMENES in Orcynis Cappadociae campis, ab Antigoni per prodicionem fufus, incidens in Antigoni impedimenta, cum capere ex facili valeret, multa libera capita, & magnam vim



vim fervitorum, opumque collectarum ex tot bellis, & populationibus, veritus est, ne repleti compendio, & praeda, sui evadent ad fugam ignavi, molliorque ad sustinendum errores ad tempus, in quo potissimum spem collocaverat belli, ut abio averfurus Antigonum. Sed qui prorsus operum erat opibus illis sub manu positus retinere Macedonas: iussit, ut corpora curarent, & pabulum darent equis, inde hostes adirent. Mox in occulto ad Menandrum, qui hostium impedimentis praerat, mittit, quasi de eo pro veteri amicitia, & consuetudine esset sollicitus, ut muniret se monens, naturamque quamprimum ex locis equitalibus, & planis se ad proximi montis latus recipere inequitabile, ut cingi non posset. Ut periculum Menander adverterit, & vasis collectis itineri se accinxit: misit Eumenes propalam speculatores, militibusque tanquam signa moturus in hostem edixit, ut arma caperent, & equos haberent fixatos. Ubi vero renunciaverunt exploratores, Menandrum ad loca aspera refugisse, neque posse opprimi: fingens id moleste ferre, abduxit copias. Pama est, cum hac testatur apud Antigonum Menander, atque Eumenum collaudarent Macedones, in partemque humaniorum rem vertent, quod liberos suos in servitutem redigere, & consulari uxores cum poster, abstulissent, & pratermississet: Atquille, dixisse Antigonum, non vestri causa, boni viri, abstulimur istis, verum ne rot se pedicis fugientem intricaret. Hinc vagabundus Eumenes, & fugitans magnam partem militum induxit, ut effugerent: vel quod eorum gereret sollicitudinem: vel quod trahere eos secum mollet, pauciores quam ad signa conferenda, & plures quam ad regendam fugam suam. *Plut. in Eumene.*

SCIAVI Sialandiam invaserant. Primus Radulfus eques ad Suenonem III. Regem Danorum properabat, hostibus à tergo urgentibus. Quoties inculta camporum offenderat, ob armatura molem ægrius fugam conficiebat: Scavos contra simili pondere vacuos liberior equorum pernicitas adjuvabat. Ergo plus viribus equi quam velocitati confusus, cursum per cultos agros de industria direxit, ut hostium eabali debiliores sequi non posset. Interrogatus, Quis esset? Mercatorum se esse, respondit, arma equis commutare solitum. Sed & eum, cui infideret, hoc sibi mercimonio obvenisse, subiunxit. Regem quod Roskildia esse, rogatus asseruit, vera omnia nartans, quod ea in contrariam partem eos interpretaturus confideret. *Saxo. l. 4.*

FERDINANDUS Davalus Pifaricus, & Cafariani exercitus adversus Gallos dux, ob obsidione Massiliensi discedens, ac de Regis Gallie Francisci professione, petendaque Italiae consilio suspicatus, die nocteque aspera saxa nihil intermissis itineribus in Albingaunos Ligures pervenit: atque inde per Finarium, & Carnissarium saltum, diviso exercitu, ad Aquas Statiensis efferventium. Inde ipse ut de bello consultaret, mutatis ad celeritatem iumentis, ad Lanonum exercitus Imperatorem, Ticinum contendit. A hostibus vero Valius, qui peditatus imperium habebat, cum exercitu à Statiensis profectus, tantam peditibus, vel perpetuo viginti trium dierum itinere defessis, maturandi necessitatem imposuit, ut fluminibus vado superatis, & sublati ferè omnibus natura desideris, quæ vel exiguum quietem requirerent, eodem die superato Pappo in spacio XLV. miliarium ad urbem Ticinum perveniret, singulari herclè totius exercitus felicitate cum supra XII. millia lætariorum iumentorum traheret, nullum omnino militis impedimentum in tam longo, infestoque itinere reliquerit. Hic est ille receptus nequaquam fuge permissis supra omnem militarium operum laudem, maximorum ducum iudicio celebratus: quo uno facinore, uti summæ admirationis Pifaricum gloriam solitum ferunt, cum aliquo de se loquendi parcissimus, quæ laudem adterrent, singulari modestia recideret, *Jovius in Piscario.*

Aciei instrutione opportuna.

Hic defensionem nostrorum per Aciei instrutionem consideramus. Ad Hostium vero oppressionem de ea ipsa suo loco agetur infra.

ARISTON una navis tres actuaris comæatum ferentes comitabatur. Ostendebat se citremis hostilis. Cum prorsus omnia deficerent, conductis in unum locum actuaris, propter eas navigabat, ut si hostium irremis in eos, qui frumentum vehabant, impetum fecisset, ab his qui navem obtinebant, innumeris telis premerent. Sin in ipsas actuaris conarentur, impressionem facere, ac vim adhibere, ipse circumcirca na-

vigans, ab lateribus hostilem irremis incommo adificeret, camque inter suam, & onerarias concluderet. *Polyæn. l. 5.*

INACIE LEUCRICA Lacedæmoniorum, ab HERCULE genitus ducentes constituti sunt duces eorum exercitus, Cleombrotus Rex, & Archidamus Agefilæ Regis filius. Apud Bæotios vero Epaminondas, proprio quodam, & insolito ordine usus, clarissimum illam victoriam elicit adeptus. Deligens enim ex universis copiis fortissimos, in altero latere collocavit, in quo etiam ipse præliatus erat. Imbacillos vero in altero cornu constituit, mandatque eis dedit, ut fuga pugnarent, & ad incursum hostium paulatim loco cederent, itaque cum fecisset agmen obliquum, eo cornu, in quo stabant delecti prælium decernere decrevit. Cum igitur utrinque tuba signa darentur, & primo impetu congresserentur exercitus, Lacedæmonii utroque cornu simul aggrediebantur, acie falcata & incurva: Bæotii vero, ab altero cornu subterfugebant ab altero eorum in hostes irruerant. Et primo quidem utrinque fortiter pugnabant, dubium erat certamen. Postea vero cum Epaminondas milites & virtute, & agminis frequentia superiores essent, Rege Cleombroto interfecto, concursum ad cadaver factum, Lacedæmonii corpus quidem obtulerunt, victoriam autem consequi non poterunt. *Diodor. l. 15.*

IPHICRATES circa Philiuentem iter faciebat, Phalange ob locorum difficultatem in longum protensa. Hostibus ad caudam instantibus, & multos vulnerantibus, multaque rapien- tibus, ille cum his viris, qui in latere ibant, conversus, phalangi mandavit, ut ocyus procederet. Ex his vero, qui à dextro, lævoque latere erant, aggregatis ducibus, & præstantissimis, eos ad extremum collocavit. Cum tam prope caudam esset, impetum faciens in hostes persequendo fatigatos, & dissipatos in farinariam rapinis, multos ex ipsis occidit: multo plures etiam captivos abduxit. *Polyæn. lib. 5. & Front.*

TIOTINUS metuens decem naves Laconicas, quas præmiserat navibus ad deducenda navigia, que comæatum vehabant, ne ab Atheniensibus interceptentur, præcepit trientibus, ne pristinum ordinem quaerent, sed quem in præsentem quilibet locum occupasset, eum teneret, ne dum in suos ordines scaphæ traducerentur, ad navigantes hostes impetum repente facerent in dissolutos. Deducens autem naves in saltatum figuram, rostra navium, & circumferentiam in hostes direxit. Navigis vero, & captivis navium in concavitate inclusis, secundum puppim navigavit. *Polyæn. l. 3.*

Idem volens OLYMPIAM transire, & Corinthiorum equitatum metuens, ab altera parte exercitus in longum quadratum agmen instruxit, farcinis, & equitatu in medium coniecto, currusque frequentes agens, & connexos armatos circum hos fors circumdedit: ita ut Olynthii equites equitatione non possent iter, *Idem.*

GHARRIAS per angusta loca cum paucis discedens, instantibus multis hostibus, ipse præcedens dux protectionis robustissimos in extremo collocavit: instantes propulsavit. Nemo igitur ex postremis fugam cepisset, non audens ducem præterire, quippe prohibitus, vel etiam punitus. Hac protectionis constitutione tuto exercitum traduxit. *Idem.*

XENOPHON instantibus in itinere Barbaris, ancipiti acie instructa, omnique necessario comæatu inter eam concluso proficiebatur, collocatis in fine equitibus jaculatoribus, & feutatis, qui Barbarorum impetum propulsarent. *Polyæn. l. 1.*

ALEXANDER (Pittaco, qui nepos erat Pori, insidias iuxta viam tendente, qua angustam convallē habebat, longitudine latitudinis protensam, latitudine vero ad quatuor stadia contractam, transitumque difficilem omnino, & arcum) duplicem equitatus phalangem instruxit, & adversus hostes eduxit: dato præcepto, ut ad frenum, motumque quilibet antecedentem sequeretur: & si hostes ad dextram latum venissent, converterent se secundum hastam, ac deinceps à tergo impressionem facerent: cum vero dextram protectionem obtinissent, ad extremum agmen tenderent. His mandatis, ipse directè iter faciebat, ita ut Gnomoni figura non esset dissimilis. Cum igitur, qui sinistrum latum obtinebant, extremum à dextera parte agmen conspiceret, clamore subdito impetum facerent, similiterque à dextro cornu laxatis frenis viam ad Indos affectarent: illi metuentes ne concluderentur, omnes simul ad angulum exitum tenderunt. Itaque nonnulli Macedonum manibus interfecti, plures vero à sese mutuo conculcati, occubuerunt. *Polyæn. l. 4.*

FULVIUS NOBILIOR, cum ex Samnio in Lucanos exercitum duceret, & cognovisset ad perfugios hostes novissimum agmen eius aggressuros, fortissimum legionem primò ire, ultimo sequi iussit impedimenta. Ita factum per occasione amplexi hostes, diripere farcinas ceperunt. Fulvius legionis quinque cohortes in dextram partem viæ direxit, quinque ad sinistram: atque ita prædationi intentos hostes, explicato per utraque latera milite, clausit, cæciditque. Idem hostibus ter- gum ejus in itinere prementibus, dum flumine interveniente non ita magno, ut transitum prohiberet, moraretur tamen rapiditate, alteram legionem oculo circa flumen collocavit, ut hostes paucitate contempta, audacius sequerentur. Quod ubi factum est, legio que ad hoc disposita erat, ex insidiis hostem aggressa vastavit. *Front. lib. 1. cap. 6.*

C. JUL. CÆSAR revertebatur cum exercitu per angustam viam, ad Lævam paludem, habens ad dextram mare. Hostes extremum agmen carpentes, insidiabant. Hos propellebat incurfionibus, & reflexionibus. Ex mari vero Pompejana classis advigilans, jaculis, ac telis missis, vulnera afferebat. Cæsar iussit milites secuta à sinistra manu in dextram transferre. Ad hunc modum nihil proficere tela jaculantium è mari poterunt. *Polyæn. l. 8.*

Objectione. Quando una parte exercitus vestimus, alteram educimus, vel introducimus.

CORINTHII Syracusanis auxilium militantes, cum intellexissent viginti naves Atticas apud Naupactum appellere, quæ custodias agerent, ac specularentur: impletis viginti quinque triribus, eas in Panormo Achajæ regione Atticarum navium subdixerunt. Dum hæc fe mutuo observant, naves onerarias plene Corinthiorum armatorum à Peloponneso solvuntur, ad opem Syracusanis ferendam. Atheniensis vero iis navibus, quæ è regione stationem habebant, animos intendunt. *Polyæn. l. 6.*

DIOTINUS navigia comæatum vehentia cum decem triribus deducens, deprehensus apud Chium à Lacedæmoniiis, qui viginti naves habebant, instantibus hostibus, quietè circum onerarias fugiens, & celeriores habens naves, nihil damni à persequens passus est, semperque puppibus in extremis impetu factum cum suis, decem demerit: etaque admirabilibus pugna, quæ à fugientibus dequentes vincebantur. *Polyæn. l. 5.*

PHILIPPUS Demetrii F. cum cum Thracis insequerentur, præcepit ut cum tubicem fugam cecinisset, ii, qui postremum agmen tenebant, objectis armis manerent: ut hostes à persequendo remorarentur, atque suis viam præoccupandi facultatem daret. *Polyæn. l. 4.*

HORATIUS COCLES, urgente Perforæ exercitu, iussit suos per pontem redire in urbem: camque (ne casu sequeretur hostis) intercedere. Quod cum efficitur in capite ejus, propugnator ipse infestentur detinuit. Audito denique fragore ponti abrupti, dejecit se in alveum, cumque armis, & vulneribus oneratus tranavit. *Front. l. 2. c. 13.*

Circumtione, aut inclusione hostis: diversis locis tumultum excitando, eliciendo.

Hic effugium nostrum perpendimus, insequentis hostis circumventionem consideraturi.

XERXES in Thermopylis, propter angustias montium multis Perfis amissis, Thracinio quodam homine Ephialte in montibus angustam viam aliam monstrante, mist centum millia hominum. Qui circummeantes, ad tergum Græcorum evaserunt, omnesque occiderunt, quos Leonidas ducebat. *Polyæn. l. 7.*

XENOPHON, cum Barbari locum angustum interceptissent, qua transire Græcos necessarium erat, conspiciat à quodam monte inaccessum collem, in quo Barbari præsidium impostum habebant: assumptis Græcis, quot ad eam rem sufficere existimavit, iter ad illum direxit, ut in summum cacumen supra ipsos evaderet. Barbari supra fe hostes conspicati, fugam dederunt. Xenophon autem Græcos sine periculo traduxit. *Polyæn. l. 1.*

DEMOSTHENES Acarnanas, & Amphilochos ducentes ex adverso Peloponnesi castra locabat, magno torrente interposito. Videns autem longè per se hostes esse, & exercitum includi posse, in cavum, & insidiis aptum locum abscondit armatos, & focos trecentes, ut si includerent hostes exercitum nu-

mero, confurgentes ipsi à tergo adorirentur. Hostes includerunt Phalangem. At illi retro confurgentes, & repente eum multum in hostes invadentes, parvo negotio, atque labore pugna vicerunt. *Polyæn. l. 3.*

THEBANIS in Laconiam irrumperere conantibus cum Lacedæmonii, & reliqui focii Corinthum venissent, non pauciores viginti millibus, ut accessus promounerent, & impetum Bæotiorum à Peloponneso arcerent, facto initio à Cenchreis, usque ad Lechæum, vallis, & profundissimis fossis locum exadificaverunt, prius quam Bæotii accederent. Epaminondas autem animadvertens eo loci commodissimum introitum esse, qua Lacedæmonii excurias agebant, primum hostes in aciem provocat, triplo ferè plures multitudine. Deinde cum nemo progredi ex munitionibus auderet, sed omnes de vallo pugnarent, vim hostibus admovet. In omnibus igitur locis irruptiones fieri, maxime vero ubi Lacedæmonii erant, quod is locus penetrabilis esset, & ad custodiendum difficilis. Acri vero certamine inter utroque coorto, Epaminondas cum præstantissimis, & fortissimis Thebanorum viæ tandem perripit per Lacedæmonios, ac superatis præsidibus, copias per medium duxit, & in Peloponnesum penetravit. Quod ejus factum iis, quæ ante præclarè fecerat, nequaquam posterior fuit. *Diodor. l. 15.*

PHILIPPUS oppugnabat Phalcedonem urbem Thefalicam. Phalcedonii civitatem tradebat. Cum autem introirent mercenarii, in insidiis inciderunt. Multi enim è telis, & turribus lapides, & jacula mitrebat. Philippus adversus insidias mox consilium reperit. Posteriori urbi pars erat tranquilla, quippe cives omnes ad insidias concurrerant. In eo loco Macedones impressionem facere iussit, & scalas apponere. Qui cum ascendissent moenia, Phalcedonii desidentes, à jaculantibus mercenariis, incitato cursu ad eos repellendos ferebantur, quæ muros tenebant, At illi, priusquam ad manus veniretur, urbe potius sunt. *Polyæn. l. 4.*

PERASSAORTES Darii cognatus cum magnis copiis Perfidia Sufidas portas custodiebat. Hæ sunt montes angusti, & excellenti. In hos impressionem facientibus Macedonibus, nullo negotio Barbari resisterunt, eosque repulerunt, fundarum, telorum, saxorumque jaculis. Itaque revocatis à xxx. stadiis, Alexander vallum muniebat. Extabat oraculum Apollinis, peregrinum Lycum itineris ei contra Perfas ducem futurum. Accedit ad Alexandrum bubulcus, memoria veste amictus, iniquens, Sibi Lycum nomen esse, in circuitu montium occultam esse viam, quod sylva continuis arboribus tegeretur: G sibi vero soli propter boum pascua notam esse. Recordatus Alexander vaticinii, bubulco fidem habet. Itaque omnem exercitum se castris jubet continere, & frequentes ignes incendere, qui ad Perfarum conspectum pertingerent. Philox autem ad Ephæstioni mandatum dedit occultum, ut cum in jugis montium confexissent apparere Macedones, ipsi inferius impetum in hostes ederent. Ipse cum satellitibus, & uno armatorum agmine, Scythisque sagittariis omnibus, per occultam viam progressus octoginta stadia, castrametatus, & in medio asperimæ sylvæ. Circa mediam vero noctem confecto itinere, non procul ab hostibus somno, quietique deditis, constitit. Illucescente die, tubæ concinuerunt. A vertice montium Ephæstion, & Philotas, à vallo Macedones eduxerunt. Perfa in medio superiorum, atque inferiorum hostium comprehensi, partim trucidati, partim à præcipitiis devoluti, partim vivi ab hostibus capti. *Ibid.*

ALEXANDER Macedo, cum hostis in saltu editiore castra communiisset, inducta parte copiarum, præcepit his, quos relinquebat, ut ex more ignes excitarent, speciemque præberent totius exercitus: ipse per avias regiones, circumducta Hist manu, hostem superiore aggressus loco depulit. *Front. l. 2. c. 5.*

SYRACUSANIS prope Gelam castrametantibus, contra exules duce Solistrato in patriam redire volentes, Agathocles noctu cum mille militibus in urbem irrupit. Solistratiani ingressos in fugam vertunt, & ad trecentos deiecerunt. Aliis vero conantibus effugere per quandam angulum locum: præter expectationem Agathocles à periculis eos liberavit. Cum seipsem vulnera accepisset, & ex copia cruoris defluens corpus elanguisset, denunciavit tubicini, ut progressi ad ambas partes muri, prælii signum darent. Cum è vestigio mandatum hoc executi fuissent, qui ex Gela in auxilium accurerant, propter caliginem veritatem non poterant observare: suspicati enim alterum Syracusanorum exercitum per utraque memorum latera subingressum esse, persequi deinceps destiterunt, & diviso in duas partes exercitu, confestim auxiliabantur, ad sonitum